



Universitätsbibliothek Paderborn

Rev. P. Francisci Josephi à Rodt Capuccini Anterioris Austriæ Provinciæ. Opus ...

Planctvs Ecclesiæ Et Animæ - Super Caput Primum Lamentationum
Jeremiæ Prophetæ. Allegorice, Et Moraliter Expositus, & Distributus In
Discursus LII. Concionatorios Quadragesimales ... ; Scilicet Liber Vitæ, Et
Excessvs Amoris ...

Rodt, Franz Joseph von

Campoduni, 1680

Excessus Amoris. Quem Christus in sacratissima sua passione complevit,
Conciones duæ pro Feria quinta & sexta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52659)



EXCESSUS

Amoris Domini.

Thema.

Recordare paupertatis, & transgressionis
meæ, absynthij, & fellis. *Thren. 3. v. 19.*

Dicebat Excessum ejus, quem completurus
erat in Jerusalem. *Luc. 9. v. 31.*

Pars I.

*Excessus Amoris, quem Dei Filius ostendit
in oratione, & sudore sanguineo, &c.*

CUm Incarnato Dei Fi-
lio, in monte Thabor
coram dilectis disci-
pulis suis, ad abscon-
dita Divinitatis suæ gloriam
manifestandam transfigurato,
duo viri loquebantur, Moyses
scilicet & Helias, visi in maje-
state. Et quamvis eorum dis-
cursum de cœlestis gloriæ mag-
nitudine ac suavitate fuisse me-
rito quis aestimare posset, testa-
tur tamen Evangelista longè aliã
colloqui fuisse materiã; Dicebant
Excessum ejus, id est, Christi, quem
completurus erat in Jerusalem, id
est, Passionem ejus futuram, expo-
nit Lyranus. Et nullo revera
meliùs ac vivaciùs titulo, ac no-
mine, quàm Excessus, exprimi
poterat Dominica Passio, quã
etiam transgressionem, vocavit
in spiritu Jeremias Propheta: *Ex omni
Recordare paupertatis & transgres- parte.
sionis meæ, absynthij, & fellis. Thren. 3.
v. 19.* Fuit
enim in passione Christi ex om-
ni parte transgressio, & excelsus.
Transgressio, & excelsus odii,
rancoris, & invidiæ fuit in exacer-
batione scribarum, & Pharisæorum
animis: Excessus in justitiã in politi-
cis, interessatis, & passionatis judi-
ciis; Excessus crudelitatis apud
immites & feros lictores, &
carnifices: Fuit etiam Excessus
justi-

Passio
Christi
Excessus
fuit.

Lyranus
hic.

justitiæ in ipso Patre aeterno, qui proprio Filio suo non percipit, sed propter peccata populi sui percussit eum: Et tamen huic excessui justitiæ erga Filium, conjunctus fuit Excessus Misericordiæ erga servile genus humanum, nam ut servum redimeres, Filium tradidisti. Præcipue verò in ipso Patiente Dei Filio Excessus fuit omnium virtutum; Excessus obedientiæ, cui ita adhaesit, ut mallet vitam, quam obedientiam perdere: Excessus paupertatis, dum vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos, filius autem Hominis, non habuit moriens, ubi caput suum, spinis confixum, reclinarer, aut quo corpus suum vulneribus lacertatum contereret: Excessus humilitatis, dum Dei Filius formam servi, & similitudine carnis peccati susceptam, humiliavit semetipsum usque ad mortem, mortem autem ignominiosissimam Crucis. Excessus patientiæ, dum sicut ovis ad occisionem ductus, & quasi Agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum. Excessus fuit in ipsa crudelissima passionis tolerantia, & modo: Exinanivit enim semetipsum patiendone taliter, ut omnes non tantum e corpore, vires, sed etiam omnes ex venis guttas sanguinis exhaustas effunderet.

Maximè tamen, & super

omnia enituit in Christo Patiente ipsa Charitas, & quidem excessus Charitatis; Propter nimiam enim charitatem, qua dilexit nos, tradidit semetipsum pro nobis. Unde optimè Lyranus per excessum, quem dicebant Moyses, & Helias, intelligendam docet Passionem ejus futuram, quam sustinuit ex maxima charitate, que dicitur hic excessiva; non quod excesserit modum virtutis, sed quod excellentissimum ejus gradum attingebat.

Quoniam igitur est magnus Amoris Amor, & teste Doctore meo Seraphico, nihil est, quod magis excitat ad amorem, quam veraciter & perfecte diligi & amari.

Quid enim (inquit etiam S. Thomas de Villanova) ad mandum sic allicit, sicut amor? Unde Seneca: Frustra queritis maleficum ad amorem; ostendam ego tibi maleficum potens; Ama & amaberis. Ideo cum humana corda tepiditate languentia, divinum hætenus amorem non admiserint, hoc Amoris philtum, (excessu scilicet sui amoris) Unigenitus Dei Filius in sacratissima sua passione nobis paravit, ad animos amore fascinandos, quod auditoribus meis propinare constitui, haud dubius, quin benignis auribus haustum, ad præcordia penetraturum, & amoris ardorem suscitaturum sit.

Invitat Spōsa cœlestis Dilectum suum: Veniat dilectus meus in hortum

In Christo
Excessus
omnium
virtutum

Maximè
Amoris.

Lyranus
cit.

Magnus
Amoris a-
mor.

S. Bonav.
Stimuli.
p. 2. c. 8.

S. editionis
antiquæ.

II.
S. Thom.
de Vill.

Dom. 2.
Adv.

Amor est
philtum
amoris.

Cant. 5. tum suum. Placuit cœlesti Spon-
 V. I. so humana sponsæ invitatio, &
 Christus finitâ cœnâ, ac hymno dicto
 invitatur egressus est cum discipulis suis trans
 ad hortū. Ioan. 18. torrentem Cedron, ubi erat hortus,
 V. I. in quem introivit ipse, & discipuli
 eius, ut voto dilectæ suæ conde-
 scenderet, licet non ignarus, ni-
 hil deliciarum, sed bene copio-
 sas tribulationum spinas se in
 hoc horto reperturum. Appo-
 sitè observat Doctor Melliflu-
 s Bernard h.c. us: *Venit in locum florum, non tem-
 pore flori, ipse Flos humana natura,
 ut naturam non florentem florescere
 faceret. Venit in hortum Flos
 Campi, & mella daturus (san-
 guinis mixta guttis) devotis
 Apibus, & conculcandus à tau-
 ris pinguibus.*

Sed quare ad hortum hunc
 Vt ibi in- caperet re- demptio; ubi lapsus in initium sumptus. invitat Dei Filium cœlestis
 Sponsa? Quid Flori Campi,
 cum horto olivarum? Nempe
 (respondet ibidem Mellifluus
 Doctor) ut ibi caperetur ad pœ-
 nam, ubi primus homo fuit captus ad
 culpam. Vix quidem Flos iste
 tenerrimus, & purissimus attigit
 hortum, cum ecce languere
 cœpit, & deficere: cœpit pave-
 re, cadere, & mœstus esse: Ita ut
 ipsemet pateretur: *Tristis est A-
 nima mea usque ad mortem.* Et
 quidem inter istas angustias, &
 tristitias, non est, qui console-
 tur eum ex omnibus charis ejus.
 A gente enim sua dilectâ conso-
 lationem expectare non pote-
 rat, quoniam *Filia populi mei, cru-*

delis quasi struthio in deserto. In Threa. 4.
 ter ipsos secretissimos amicos, v. 3.
 discipulos, migravit Iudas.. habi- Threa. 2.
 tavit inter gentes. Tres selectif- v. 3.
 simi Apostoli, quos passionis
 suæ, si non socios, saltem spe- Delecti.
 ctatores susceperat, somno us ab ho-
 gravati, nec solamen, nec leva- minibus
 men, multò minùs conforta-
 tionem dare poterant. Unde
 deliciæ humani generis,
 Christus Iesus, amaritudine,
 & tristitiâ plenus, dum conso-
 latores, homines invenire ne-
 quit, avulsus ab eis, ad Patrem
 cœlestem, Deum totius conso-
 lationis se convertit.

Progressus igitur pusillum, proci- II.
 dit in faciem suam, orans, & dicens: Math 16
 Pater mi, si possibile est, transeat à v. 39.
 me calix iste, verumtamen non sicut
 ego volo, sed sicut tu. S. Evange-
 lista Marcus ipsum incarnatum Marci 14.
 Dei Filium dixisse testatur. Ab- v. 36.
 ba Pater; Abba enim Syris, i- Recurrit
 dem est, quod Pater, blandien- ad Patrē.
 tis ergo affectu, ex intimo cor-
 dis sensu Christus geminavit
 vocem paternam, unde Syrus
 habet: Abbi, Abbi, id est, Pater mi
 Pater mi, Quin imò Apostolus Dei affectuo-
 Filium orasse ad Patrem affirmat sissimo orb
 cum clamore valida, & lacrymis, & di modo.
 quidem orationem hanc proli- Ebr. 5.
 xius ab eo protractam testatur v. 7.
 S. Lucas. S Aug. pl. 7.

Accedamus ô Christiane, ad
 Dei Filium, qui Patri sic se exhi-
 buit precatorem, ut meminisset se
 nostrum esse doctorem. Aspice com-
 plica-

Discamus
orare à
Christo

Thren. 1.
v. 19.

plicatis & in coelum erectis manibus, flexis genibus, imò, ad majorem Patri exhibendam reverentiam, procidentem in faciem, & ora terræ humillimè imprimètem Dei Filium, Et erubescèlato, coram Deo, vultu & animo comparere, cui vix unum, inde votus, sustines inclinare poplitem. Affectuosa clamantem voce, & filiali confidentiâ recurrentem ad solum Patrem contemplare, qui in necessitatibus tuis, ad sola creaturarum, & amicorum recurris solatia, de quibus damno tuo sapientior factus conquereris: *Vocavi amicos meos, & ipsi deceperunt me.* Cerne, clamorem validum & lacrymas emittentem, tu, qui orationes tuas non lacrymis, & gemitibus, sed vanis conversationibus, & risibus misces. Considera Dei Filium, qui non suam, sed Patris voluntatem adimplendam orat, cum tu irrefignatus, non ad Dei, sed ad tuam propriam voluntatem omnia ordinanda præendas. Prolixius orantem attende tu, cui omnis orationis & divini officii mora longa nimis, & molesta accidit. Denique tertio abeuntem, & eundem sermonè, & orationem repetentem mirare, ut nec indefessum ab oratione spiritum, nec filialem, erga Patrem æternum, confidentiam remittendam discas, sed eò orare ardentius, quò repulsam es passus frequentius.

P. Franc. Joseph. Op. IV.

Quòd nos peccatores à Deo repulsam in orationibus nostris patiamur, mirum non est, quia peccatores Deus non audit, quòd autem Filium, (quem nemo arguere audeat de peccato, utpote impeccabilem) non audiat Pater cœlestis, mirum sanè, & imperceptibile videtur. Quid enim commisit filius, quòd audiri & exaudiri non meruit à Patre?

Nullum in Filio, nisi commissum Amoris, excessum invenio, qui propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, formam servi accipiens, quasi majestatis suæ oblitus, agrestem humanam naturam adamando sibi copulavit, sed quid inde? Sicut enim Pater (naturæ humanæ se desponsante filio) non amisit, quòd erat Patris, sic nec Filius per hoc amisit, quòd erat Filii.

Quid ergo à filio exaudiendo avertit Patrem? Nempe quia Dei Filius non solum humanam sibi copulavit naturam, sed etiam prodote non nisi magna erga Deum contracta per homines debita accepit, & acceptavit, fidejubenens Patri pro infinitis totius naturæ humanæ debitis. Sic affirmat meus Seraphicus: *Fideiussor noster Christus est, compatiens autem Dei Filius fideiussit pro nobis.* O inauditum Amoris excessum, quòd Dei Filius quasi excæcatus amore deformata per peccata naturæ humanæ, se illi non tan-

R r r

tum

Quare Pater
Filiū
non audit

IV.
Christus
Fid. i. usor
noster.

S. Bonar.
serm. 2.
Dom. 2.
Pasch.

tum desponsavit, sed etiam fidejussit, quam noverat solvendo non esse! Excusso igitur debitore, & ad solvendum insufficiente, Fidejussorem arripit Creditor, Pater æternus, non dimittendum, nisi aut debitum solvat, proprio sanguine & vita, aut fidejussionem dimittat.

Maximum hæc Dei Filio incusserunt pavorem & tristitiam, ita ut in faciem prostratus cum regio Propheta fateretur: *Adhæsit pavimento anima mea.* Quid est pavementum? *Si tanquam unam quandam domum magnam, universum mundum velimus accipere, videntur velut cameram eius, cælum. Terra igitur erit pavementum,* ait S. Augustinus. Eodem S. Doctore recte, corpus ipsum, quia ex terra est, non absurdè intelligitur pavementum. Adhæret igitur pavimento, id est, corpori, animam, ad quod naturalem & innatam habet inclinationem, & appetitum; nemo enim unquam carnem suam odio habuit. Naturali ergo affectu adhærens anima Christi pavimento, id est, corpori suo, ab eo seprari, non nisi cum summo dolore poterat, hinc ergo cœpit pavere, timere & mestus esse, & qui respicit terram, & facit eam tremere, tremens ac pavens, proutis jacebat in terra, de cœlo opem implorans, & subsidium.

Quare mittitur è cœlo ad Filium Dei consolandum, & con-

fortandum Internuncius: *Ap- paruit autem illi angelus de cœlo, confortans eum.* Putant aliqui hunc Angelum fuisse Gabriellem Archangelum, Seraphicus autem S. Bonaventura, & post eum alij, Michaëlem fuisse censet, qui Filium Dei ad pedes suos, tanquam vilissimum terræ vermiculum provolutum obstupescens, illum allocutus scribitur. *Salutem Deus meus, Jesu. Ego orationem vestram, & sudorem vestrum sanguineum Patri vestro obtuli, in conspectu totius curiæ supernæ, & omnes procedentes supplicavimus, ut calicem hunc transferret à vobis: Et respondit Pater: Novit dilectissimus Filius meus Iesus, quod humani generis redemptio, quam sic optamus, sine sanguinis sui effusione, sic decenter fieri non potest, & idè si salutem vult animarum, oportet eum pro eis mori. Quid ergo discernitis?*

O Animæ peccatrices, quid vos ad hæc? Si sincerè, justè, & sine passione judicandum vobis est, æquimne putatis, aut operæ pretium, ut Dei Filius pro vobis perfidis, & ingratis vitam suam ponere, ac turpissimam, dolorosissimamque obire mortem debeat? Nunquid adulteræ, fornicatæ estis cum amatoribus multis, mundo, carni, ipsique adhæsitis diabolo, terga verentes Dei Filio, tam amanter vos prosequenti? Et tu ô amantissime Jesu, qui fatigatus ex-

Anima Christi
Psal. 118.
v. 25.

S. August.
hic.
Adhæsit
pavimen-
to, id est,
Corpori.

Ephef. 5.
v. 29.

Ab Ange-
lo confor-

S. Bonav.
medit vi-
tae Christi
c. 75.

Aut salu-
animarū,
aut vita
perdenda

V.
Non mer-
bantur a-
nima,

itinere frustra peccatrices animas tanto amore & labore insecutus es, dignas eas adhuc tuo amore, & sanguine aestimas? Quid est homo, quia reputas eum? Quid est homo, quia apponis erga eum cor tuum? A quo ingrato non nisi offensio- nes sperare poteris, & contumelias?

Mal 143. Iob. c. 7.

Tamen vicit Excessus Amoris.

S. Bonav. ibid.

Idem ibid.

Conforta- tionem ac ceptat a Creatura sua.

Sed o Amoris excessum! O charitatis immensitatem, quam aqua multa peccatorum, & offensionum extinguere non poterunt! Non diu deliberat, non haret, non cunctatur Dei Filius, sed Cathegoricam dat e vestigio responsonem angelo in hac verba, a Seraphico Doctore descripta. *Salute animarum omnino volo; & idcirco potius eligo mori, ut salventur anime, quas ad imaginem suam Pater creaverat, quam velim non mori, & anime non redimantur. Fiat ergo voluntas Patris mei.*

Compatienti quidem, sed & lubenti animo hanc generosam Christi responsonem accepit Angelus, sic eum confortans: *Confortamini ergo, & viriliter agite excessum enim decet magnifica sa- cere, & magnanimum ardua ro- lationem ac lare. Citò pertransibunt pœnalia, & succedent perpetuo gloriosa. Dicit Pater, quod semper vobiscum est, & quod matrem vestram, & discipulos ipse servabit. Et humili- nus reverenter & humiliter suscipit hanc confortationem etiam a sua*

creatura, considerans se esse minora- rum paulò minus ab angelis.

Notat tamen venerabilis Beda, quòd Christus quidem Confortatus est, sed tali confortatione, quæ dolorem non minuit, sed auxit magis, dum facta ad sustinendam passionem resolutione, vivacif. lina imminentis tremendæ mortis imago, mentem Christi occupavit, unde etiam S. Lucas post angeli discessum, sanguineum agonie paraxisimum secutum commemorat: *Et factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis, decurrentis in terram.* Nota, nota, exclamat Bernardus, *decurrentis, & non stillantis, tam copiose enim Sudor ille Sanguineus ebullivit, ut non stillare, sed decurrere videretur.*

Ven. Beda

Sanguineus Sudor.

Varias sanguinei hujus sudoris rationes assignant contemplativi, inter quas prima est, quod Deus Pater in Filio pro humani generis peccatis fidejuben- bente posuit iniquitatem omnium nostrum, sub gravi ergo peccatorum pondere, & torculari compressus tenerrimus botrus Cypri, sanguineum undique fudit sudorem; Et quoniam affirmat illuminatus Joan. Thau- lerus, tantam esse unius peccati mortalis gravitatem, ut si eam verè homo videret & agnosce- ret, cor ejus præ amaritudine & dolore rumperetur, quem non dolorem, & amaritudinem sen- Rrr 2 ure

VI.

Jo. Thauler meditat. c. 6.

Causas i. a gravitate peccatorum

tire debuit Dei Filius, quas angustias & tremores, cui in amaro calice omnes peccatorum abominations, & venenata ac mortifera genimina viperarum, & iniquitatum, infinitate sua numerum arenæ maris superantium, collectim fuerant propinata, quæ sanguineum sudorem suo horrore ac pondere expresse-
runt. Et tu, ô Anima peccatrix, in facibus peccatorum demersa, & iniquitatibus quasi onere gravi gravata & oppressa, tantâ tamen animi jaectatis levitate, ut oneris tam immensi, & foeditatis tam horridæ immemor, adhuc leviter saltare, & in rebus pessimis exultare non verearis? Expergiscere, ô Anima, de gravi somno tuo, & peccatorum tuorum pondus, & turpitudinem in Salvatoris tui sanguineo sudore agnoscens, ejus malignitatem per ardentem, & sudoriferam expelle contritionem.

A representatione passionis.

Alteram sudorifera agoniam causam assignant, quod Angelus, Dei Filio ad mundi redemptionem se offerenti, in calice illo, omnia dolorosa Passionis suæ instrumenta, flagella scilicet, spineam coronam, clavos, crucem lanceam proposuerit, cum vivaci totius passionis instantis representatione, quæ tremendum potentiam imaginativæ horrorem impressit, & ex ipsis angustati corporis poris, sanguineum sudorem expressit; Hinc de

Christo ait ulterius Ven. Bedæ, quod confortatus est ex fructu magnitudine, non subtrahit amaritudine.

Sed si ipsum etiam Passionis Dominicæ fructum consideremus, ex eo non tam confortationem, quam dolorem habuit Dei Filius, Consolationem quidem, & confortationem ex eo, quod fructus magnitudinem vidit quoad intensionem, sufficientem pro infinitis mundis redimendis, quoad extensionem autem, parvum respectivè fructum & majorem sine comparatione numerum damnandorum, quam salvandorum contemplans, magnum concepit dolorem, præsertim si quidem gentium ad fidem vocationem, populi verò sui repulsam consideraret: Quare Seraphicus verba illa Christi, veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat, sic intelligenda exponit: *Ut credat multitudo gentium, non recuso Passionem; Si verò Judæi excruciantur, ut alij videant, non mea voluntas, sed tua fiat, licet interim cordi, dolor & compassio erga infinitas pene animas, passionis suæ fructum non percepturas, sanguineum expresserit sudorem, quare hunc porius, amoris, quam doloris effectum fuisse devotus ille Poëta concludit:*

*Non dolor hicce meus, dolor: est
Amor. Hoc doleo unum,
Quod labor hic multis noster
manis erit.*

Præ-

A paucitate salvandorum.

S. Bonav. cit.

Et excruciantur Judæi.

VII.

Sudor sanguineus

Excessus amoris.

Cant. 2.
v. 5.

Simon dormit.

Præterea Sudorem hunc sanguineum magis ab Excessu Amoris, quam doloris, aut alterius Passionis emanasse contemplativi concludunt, eò quod colluctante cum præfatis angustiis voluntate sensitivâ, atque ex memoratis passionibus & motivis calicem amarum abhorrente, sanguineque ad cor angustiatum concurrente, demum voluntas rationalis tam ardenti, & excessivo amoris actu, quasi impetuoso igniti mallei ictu Cor angustiatum concusserit, ut collectus circa illud sanguis, dispersus, per totum se corpus diffundens, & apertis poris erumpens, sanguineum hunc sudorem, caulaverit; Ex quo Dei Filius, per amoris excessum languidus, humi procubuit, cum languente sponsa ingenuiscens: *Falcite me floribus, stipate me rosis, quia amore languo.*

Aspice, o anima, languentem amore sponsum tuum, tergentem sibi sanguineo sudore perfusam faciem, & afflicto dolenter compatere, omnes ejus actus & singulas affectiones contemplando.

Surgit demum ab oratione totus sanguine madefactus, & ad discipulos suos reversus, invenit eos dormientes: Et dicit Petro: *Simon dormis? Sic, non potuisti una hora vigilare mecum? Simon, qui fatebaris olim, Tota nocte laborantes nihil cepimus, totaque nocte in vacuum pro lucro temporali vigila-*

sti, modò in tantæ tentationis imminente periculo dormis? Una hora non potuistis vigilare mecum? Vel Judam non videtis, quomodo non dormit, sed festinat tradere me Judæis, nec somno, nec laboris radio victus? Et tu o anima, electa sponsa Christi dormis, nec tantis tentationum, nec æternæ damnationis periculis suscitanda? Tota nocte cum Juda pro temporali lucro, & dividendendo Christo, & salute tua discurras? Totam noctem, ludendo, compotando, & choreas agendo, in somnum ducis, & pro animæ tuæ salute, & amore sponsi tui, una hora vigilare non sustines? Una hora in audiendo Dei Verbo, & S. Missæ Officio impendenda, tibi molesta est, & gravis, cum totam noctem in piscandis honoribus, favoribus magnatum, & divitijs infumas? Et una hora non potuisti vigilare mecum? Mecum, qui tantum pro te laboravi, totamque noctem sanguineo, pro te, sudore perfusus transegi? Mecum, qui vitam meam pro te posui in dolorosam mortem? Mecum, qui creavi, & redemi te? Evigila o anima! exurge quæ dormis? Surgite eamus; ecce appropinquavit, qui me tradet.

Adhuc eo loquente, ecce Judas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus missi à Principibus Sacerdotum, & Senioribus populi. Audito ergo armatorum

VIII.

rum

Rxx 3

Qui alias tota nocte laboravit pro temporali lucro.

rum strepitu & tumultu, & visis
coruscantibus facibus, ac lucer-
nis, naturalis Christum invasit
horror, ac tremor, ut cum Pro-
pheta dicere posset: *Factum est cor
meum, tanquam cera liquecens, in
medio ventris mei.* Attamen timo-
rem foras expulit vis amoris, qui
animum & robur addidit, ut ma-
gnanimitatis ducis instar, discipulos
ad pugnam animans, & in prima
fronte consistens, obviam hosti-
bus procederet, illis acclamans:
Quem queritis? Iesum Nazarenum.
Ego sum: respondit Christus.
Moxque ad duas istas à Divino
Verbo prolatas voces quasi toni-
tru prostrati, abierunt retrorsum, &
ceciderunt in terram. Discite ju-
stitiam moniti, ô scelerati licito-
res, discite divinam revereri Ma-
jestatem, cujus unicum ex as-
sumpti corporis oculis, erumpens
divinitatis fulgur, armatam pro-
stravit turmam.

Vna vox (excla-
mat cum admiratione S. Augu-
stinus) *turbam odij ferocem, armis-
que terribilem sine telo ullo percussis,
repulit, stravit: quid indicaturus fa-
ciat, si iudicandus hoc fecit? O pec-
catores impij, quomodo egre-
dientes è throno iudicis, voces,
fulmina, & vocem tonitru in ro-
ta, sententiam scilicet tremen-
dam, & irrevocabilem sustinebi-
tis, qua damnati retrorsum abi-
bunt à facie Domini, & in abyf-
sum, aeternum torquendi, præci-
pitabuntur?*

En anima Deo dilecta, jacen-

tem ad pedes dilecti tui, hostilem
turmam, quid ergo tu ad hæc?
Nonne fugam dilecto suades?
*Fuge fuge dilecte mi, & assimulare ca-
preæ, hinnuloque cervorum.* Ut hin-
nulo cervorum assimilaret se cœ-
lestis sponsus non renuit, inò
hoc sponsæ votum jam in incu-
nabulis adimplevit, assimilatus
capreæ, hinnuloque cervorum,
*dum ex patribus antiquis natus fuit,
quasi ex cervis hinnulus,* ut S. Greg.
exponit; jamque in figuris hæc
contigerant, dum sollicita mater
pelliculis hædorum, Jacobi ma-
nus, & colli nuda protexit, *pellu-
cula autem, nostra caro est,* ait S. Bo-
naventura. O verè magnum A-
moris Divini excessum! quid non
excogitat vis amoris? Verè fin-
git... Mille sibi formas ingenio-
sus amor. In similitudinem ergo
carnis peccati vestitum Dei Fi-
lium, & capreæ, hinnuloque cer-
vorum assimilatum tanquam ca-
nes venatici, insequuntur rabidi
ira & invidia Judæi, hinc per
Psalmistam cõqueritur Christus:
*Quoniam circumdederunt me canes
multi.* Ut verè latrantium, &
mordentium canum rabiem, eva-
dat assimilatus capreæ, hinnuloq;
Dei Filius, fugam suadet sponsa
cœlestis. Sed sicut in priori, ejus
votis condescendit, sic in fuga
capessenda renuit, turpem arbi-
tratus fugam, non amantis, sed
timidi animi indicem: quin è ter-
ra, & lapsu erectos hostes, rursus
ipse imperterritus, & nullo mo-
tus

Psal. 2.
v. 15.

Proferri
in voce
Christi
licetores.

S. Augusti-
tract. 112
in Ioan.
in medio.

Quid in-
dicaturus
faciet.

Assimila-
tus hin-
nulo.

Cant. 8.
v. 14.

S. Greg.
cit. a glot
sa.

Genes. 27.
v. 16.

S. Bonav.
serm. 1.
dom. 1.

Adv.

Psal. 20.
v. 17.

Canes 116.
d. 1.

tus vestigio alloquitur. *Quæ queritis? Ibi autem dixerunt: Iesum Nazarenum.*

Ioan. 18. v. 7. IX.

Respondit Iesus: dixi vobis, quia ego sum. Non poterat Christus efficacioribus verbis divinitatem suam

Exod. c. 3 v. 14.

Judæis remonstrare quam hisce verbis: *Ego sum.* Nam cum Deus

Deus est, qui est.

ablegaret Moysen ad filios Israël, sollicitus iste, informari à Deo

petijt, *si dixerint mihi: quod est nomen eius: quid dicam eis?* Dixit Deus

ad Moysen: *Ego sum, qui sum. Sic dices filius Israël: qui est, misit me ad vos.* Ut ergo se Deum, suis hostibus, Christus ostenderet, dixit:

Ego sum: Hoc enim proprium Dei nomen est: Sum qui sum: vel Ego sum. Nos omnes autem sumus, tanquam non sumus.

Athen. præda suis canibus.

Sed non obstante hac divinitatis suæ declaratione. Dei Filius pelle humanitatis vestitus agnitus à gente sua propria non fuit, ab ea tanquam rabida canum turma laceratus.

Cotigit enim Dei Filio, quod olim Athæoni cotigisse: ostra singit, hic quippe incautus in Diana oculos conjiciens, ab ea in cervum mutatus, cum eum proprii allatrarent, ac invaderent canes, humana saltè voce eos mitigare conatus dixit:

Athen ego sum, Dominum cognoscite vestrum. Sed parum humana voce mitigati canes, cervina specie ac pelle vestiti Domini jugulum petierunt, humique prostratum miserè dentibus lacerarunt.

Sic et Christus.

Sic Christus, in humanam naturam fixos conjiciens, misericordie suæ oculos, ejus amore captus, & quasi per amoris excessum extra se raptus, fuit assimilatus hinnulo, de antiquis PP. secundum carnem tanquam cervus natus qui divinitatis suæ quidem fidem facere constituit, dum dixit: *Ego sum, quasi diceret:*

Messias ego sum, Dominum cognoscite vestrum.

At exæcata gens, & furiosa Canum turma, cæco impetu, in innocentem irruerunt

Salvátorem, comprehenderunt Iesum, & ligaverunt eum. Injacta enim collo catenâ ferreâ mox benignissimum Salvátorem in terram violenter protraxerunt, tunc unus manibus apprehendens guttur, alius manus, pedes alij arctissime funibus ligaverunt, ne e manibus suis elaberetur, quem dum pedibus calcatum, ac pugnis, fustibusque contusum, in pedes erectum trahendo & impellendo progredi coegerunt, ut sic ligati

Ligatur

1. c. 9. v. 3.

ducerent ad Annam primum, cum captivo Dei filio gloriantes, sicut exultant victores capti præda, quando dividunt spolia.

Q. verè lugubre spectaculum, videre Regem cælorum infamibus constrictum vinculis! Referunt de Alexandro Mag. auctores, cum vulneratus sagittâ ad extrahendam, ligari debuisset recusasse illum vincula, tanquam indignâ regiâ libertate, non dece (inquebat) vinciri regem; *Libera sit regis semper & salva potestas.* Quis generosum regis animum S. Bernardus considerans, simulque regem gloria funibus, ac catenis ignominiosè ligatum contemplans, exclamat: *Indignum facinus fuit, Christum vincire funibus! Cùm enim cuidam regi vulnerato dictum fuisset, ut se ligari*

Alexander Mag. vulneratus ligari noluit.

S. Bernard tract. de Pass. Dni. c. 4.

permitteret, donec sagitta extraheretur, respondit: *Non docet vinciri regem, libera sit regis semper, & salva potestas.*

Quæ ergo potestas, hanc Regiam Christo & liberam abstulit potestatem? quis vincula collo eius, ac manibus iniecit? Imò invincibilem vincire & ligare insuperabilem potuit? Non planè lictores sævissimi, uno verbo Christi, tanquam fulmine prostrati, sed uti testatur Innocentius papa tertius, *Charitas est, que tantum in Deum prevaluit, quod traxit incommittibilem, quod ligavit insuperabilem.* Non in vinculis ferreis, non funibus & catenis sed in vinculis Charitatis tractus, & captivus factus Dei Filius, se hostium potestati subiecit, ex amoris excessu, his ferreis catenis & vinculis circumdatus, in quibus non aliter, quam sponsa, in catenis, monilibus, & arrâillis aureis, gloriatur, ut oculos, & animum sponsi ad se rapiat.

X.

Amor ligavit Christum.



S. August.
in psal.
149.

Amor
vincula
ferrea, fa-
cit aurea.

Et si beae consideras, o sponsa, vincu-
la hac sponsi tui, non ferrea, sed etiam
aurea reperies, nam teste S. Augustino,
hominibus vincula ferrea sunt, quam-
diu timent; ament, & aurea erunt. Ex-
pullo ergo, & foris misso timore, dum
totus inter vincula ardet tui amore Dei
Filius, non jam ferrea, sed aurea sunt
ejus vincula, tam splendido itaque, &
aureo mundo muliebri circumdati Dei
Filium amplectere, o anima dilecta, in-
nocte manus tuas catenis hinc aureis, &
manicis, constringe te illi amoris vin-
culis, ut neque mors, neque vita, neque
tribulatio, neque angustia, neque crea-
tura alia te separet a charitate Dei, quae
est in Christo Iesu Domino nostro, no-
li discipulorum timida sequi vestigia,
qui omnes relicto eo fugerunt, sed liga-
rum comitare Sponsum tuum, ad Pon-
rificum, & Iudicum tribunalia raptum,
ac carceri inter immanissimas illuso-
rum manus mancipatum.

Tristis
nuncius
de Arca
capta.
1. Reg. v.
26.

Infelici cum Philistaeis commisso
praelio, ac caesus duobus filiis Heli,
Ophni, & Phineas, accelerato cursu fu-
nestus advenit nuncius, qui cladem
summo Sacerdoti nunciavit: *Insuper
& duo filij tui mortui sunt, & Arca
Dei capta est.* Forti adhuc animo se-
nex sustinuerat filiorum mortem, sed
cum ille nominasset Arcam Dei, cecidit
de sella retrorsum, & fractis cervicibus
mortuus est. Vix mitior fors conti-
gerat Nurui eius, quae quidem loceri &
mariti audita morte doloribus partus
comprehensa, sui amplius compos non
fuit, sibi tamen reddita, plus Arcae Dei,
quam loceri & mariti jacturam deplo-
ravit: *Translata est gloria ab Israel,
eo quod capta esset Arca Dei.*

XI.

Nuncius
S. Ioan-
nes.

Venit quoque intempesta nocte fu-
gitivus Bethaniam in domum Marthae &
Magdalenae, (in qua cum afflicta sua
familia morabatur Mater Iesu) nun-
cius, scilicet S. Ioannes Evangelista &
Apostolus, cuius inexpectatus, & in-
tempeustus adventus omnibus statim si-
mul congregatis malum fecit praesa-
gium, & timore attonitas ac suspensas
conterruit. Edicere igitur iustus, unde

solus & tarde, contra morem advolare,
quid novi de Magistro ferret: ubi haerentem
faucibus, & singultibus fractam
resumpsit vocem, fugitivum se confes-
sus, funesta, exclamans, & ingemi-
scens, exposuit nova, quod Arca Dei
capta est, quod Iesus Nazarenus, ab ho-
stibus captus, ligatus, & summis sa-
cerdotibus traditus sit. *Tunc (ait S.
Bonaventura) indicibilis planctu, esu-
latus & clamor factus est.* Et non im-
merito: Nam Arca Dei capta est, &
translata gloria ab Israel. *Intuere enim,
& compatere, quia in afflictione perma-
xima, & dolore vehementissimo sunt,
de dilecto Domino suo quia bene videtur,
& credunt, nunc ipsum Dominum mortuum.*

De Arca
Christo,
capta.

S. Bonav.
Vit.
Christi, c
75.

Cum autem primus lacrymarum, &
singultuum impetus parum temperatus
acquiescisset, Ioannes totam rei seriem
ordine exposuit, qualiter Magister Ex-
cessum sui Amoris effundens, suosque
in finem diligens, Corpus suum & San-
guinem ipsis in cibum, ac potum praebuerit,
ac iostea facta ad ipsos longiori,
de fraterna dilectione, exhortatione, in
montem Oliveti secesserit, ibique post
iteratam orationem, ac sanguineum lu-
dorem, hostibus obviam procedens, & a
Iuda discipulo traditus, dirissime liga-
tus, per saxa, & ipsum torrentem Ce-
dron raptatus, demum summis Sa-
cerdotibus fuerit productus, ibique falso ac-
cusatus, illusus, colaphis saevissime
caesus, ac sputis ignominiosissime fue-
rit dehonestatus; qualiter ad carcerem,
noctem ibidem dolorosissimam inter li-
ctorum alapas, & illusiones acturus,
fuerit detrusus. Nec tacuit discipulorum
fugam, ipsiusque Apostolorum Principis,
timore insultantis ancillae conterriti,
trinam negationem. Suspensis ad hanc
tragicam relationem animis, steterant
paullisper lacrymarum torrentes, sed, si-
dolorosa.

Quanta
tristitia?

Inter omnes autem, maxime mater-
num cor Mariae acutissimo doloris gla-
dio vulneratum acerbiores ipsa morte
angustias passum est, licet semper ple-
nissima in Deum resignatione erectum,
Quare

Offert Pa-
tri Filium
pro salute
mundi.

Quare flexis, in loco separato, genibus, extensis ad cœlum manibus, & oculis, & fracta inter lachrymas voce, sic Patrem æternum interpellare cœpit. Ah Pater æterne, piissime, & misericordissime, benignis, obsecro, respice oculus tuum, ac meum, inter hostium manus, captivum filium. Si possibile est, & sine sanguinis ejus effusione, ac dolorosa morte, humani generis redemptio fieri potest, rogo ut eum è manibus impiorum ereptum, mihi reddas; sin minus, si alia ratione, aut modo, generis humani redemptio fieri non potest, vel debet, eum tibi offero in holocaustum pro salute mundi in ara crucis sacrificandum.

XII.
Petrus ad
pedes Ma-
riae recur-
rit.

Sunt, qui piè meditantur, afflictæ huic familiæ etiam supervenisse Petrum, qui animo trepido, & peractæ culpæ pudore confusus, in conspectum dolorosæ matris venire erubescerat, sed tamen resumpto animo, demum ædes, ac triclinium ingreditur, & vultu in terram demisso, & lachrymis rivis instar, ex bino oculorum fonte defluentibus, ad pedes Matris provolutus, dum linguâ non potest, triplici pectoris tusionem, trinâ fatetur negationem inconsolabilis, quem Mater misericordiæ blandè consolata, bono animo, ac firmâ spe veniæ erectum & non deiectum desperatione esse iubet, cum Filius nõ iustos, sed peccatores vocare ve-

nerit, sitiens lachrymas peccatorum, & esuriens gemitus pœnitentium. O quantam ex affectuosis Mariæ verbis consolationem, & indubitatam veniæ spem concepit Petrus!

O Juda infelix, & desperate, cur non & tu cum pœnitente Petro ad pedes Matris misericordiæ, prosterneris, etiam eandem, licet indignus, advocatam expecturus? Ad hanc currite, & recurrite peccatores, nec vos, per peccata quantumvis enormia, ad eam recurrenti jus perdidisse scitote. Audite magnum Virginis præconem B. Henricum Suso-
nem: *Habet ius in Mariam non solum iustus, sed multò magis peccator, ut quò magis se sentit pluribus peccatis irretitum, tantò iustius sibi videatur ad te accedere, & quàm dè est sceleratior, tanto maiore jure ad te properare se putet.*

Noli ergo, o Anima peccatrix, desperare cum Juda de peccatis tuis, sed cum pœnitente Petro ad pedes Matris misericordiæ recurre, teque hodie afflicta, in domo Bethania, junge familiæ, apud illam in somnum ducito noctem, ac lachrymis pœnitentiæ, miscens compassionis lachrymas, manè progredere cum triliti societate Deiparæ ad spectandam cruentam Excessus, divini Amoris tragœdiam, si eris dolorosæ Matris in Passione, & Compassione sociæ, eris & in gaudio sempiterno, Amen.

P. Franc. Iosephi Op. IV.

SSS EXCES-



EXCESSUS AMORIS DIVINI. Thema.

Récordare paupertatis, & transgressionis meæ,
absynthii, & fellis. *Thren. 3. 19.*

Dicebant excessum, quem completurus erat in
Ierusalem. *Luc. 9. 31.*

Pars II.

*Excessus Amoris, à Christo per reliquum sa-
cratissima Passionis suæ decursum cõpletus.*

I.
*Theodora
virgo,*

Baronii
Martyro-
log. 28. A-
pril.

Liberata
à S. D. y
mo m. 150

Theodora virgo opti-
mo loco Alexandria
nata (licet apud S. Am-
brosium pro Alexan-
driâ Antiochia ponatur ex erro-
re, ut putat Baronius, librario-
rum,) sic erat modesta, ac bene
composita, ut nullum respicere
virum sustineret, sed tam venu-
stâ specie, ut à multis in matri-
monium deposceretur, licet ipsa,
voto jam perpetuæ virginitatis e-
misso, nullatenus ad consentien-
dum moveri posset, Quare impii
lenones spe sua fraudati amorem
in crudelem converterunt infani-
am, delatâ apud idololâtrum judi-
cem Theodorâ, de fide Christia-
na, quam ut à proposito diverte-
ret, in publicum ablegavit lupan-
ar. Theodora in tantis angustiis,
ac periculis, omni humano subli-
dio destituta, Deum invocat ad-
jutorem, ac flexis in terram geni-
bus, altisque suspiriis, ac ardenti-
bus lacrymis supplex precatur,
ut se velut alteram Susannam è
manibus impuris incõtaminatam
eriperet. Inter hæc generosus, &
aspectu venustus miles, (quem
Didymum vocat Baronius,) ad
Theodoram intrat, à cujus hæc a-
spectu, non secus ac casta colum-
ba à volatu famelici accipitris,
perterrita contremuit, ad quam
miles: Ne timeas, ô Theodora,
non enim ad pudicitia decus tibi
auferendum, sed conservandum
adveni; miles equidem sum, sed
non minus Christianus, meum
igitur amplectens sanum consi-
lium, vestes mecum commuta,
ego muliebribus indutus vesti-
bus pro te captivus manebo, tu
viri-

mutatis
vestibus.

virilibus vestita, fogam capesse. Paret consilio Theodora, quae felici successu, & carcerem, & pudicitiae periculum evadit. Delecto verò posthac pio militis stratagemate, ira inflammatus Judex, e vestigio in militem è carcere ductum, gladio animadverti imperat. Ut ad aures Theodora haec fama pervenit, ipsa mox ad forum, & supplicij locum festinato cursu properat, ac per frequentem populi turmam, ad ipsum lictorem penetrat, manibusque illius praehensis, desine, inquit, in innocentem manus mittere, ecce me ream, judicis sententia, & gladio feriendam. Negat carnifex in sua esse potestate, sic, datam judicis sententiam, aut interpretari, aut exequi. Repulsam à carnifice passa, ad militem liberatorem suum, virgo conversa, o serve Dei, ait, plus, quam à te petieram, praestare mihi paratus es, non enim te vita, sed tantum virginitatis meae custodem deligi, periculo pudicitiae exposita, tuo indigebam praesidio, sed si de vita & sanguine fundendo agitur, ex me ipsa sine te sum solvendo. Pudicitia, non timor martyrij mihi fugam persuasit, vestes muliebres quidem deposui, desiderium verò martyrij non abieci, sed retinui; sine ergo, ut tuis insistam modò vestigijs, qui steti in meis, ut te, qui è manibus hominum impudico-

rum me eripuisti, morte liberem. Grates agit quidem generosus miles, pro charitate, ac conservatae virginitatis fidei recognitione, caterum sententiae judicis, ac sorti standum causatus, quam in se favorabiliter datam, è manibus elabi non pateretur. Dum ergo ita acriter uterque pro Martyrij palma decertat, arbiter carnifex, aequius statuendum ratus, ut ambo simul ex voto suo, & jure, Martyrij laurea potirentur, quam alteruter ea invitus privaretur, ex praesumpta judicis sententia, utriusque cervices abscindit, coronandas in caelis.

Excessum charitatis à Filio Dei in sacratissima sua Passione demonstratum, nobis praclare exprimit S. Didymus martyr, cum enim humana natura laesae divinae majestatis rea, peccatorum catenis constricta, divinae justitiae poenas datura, quasi captiva teneretur, ad eam liberandam ingressus Dei Filius ingenioso, & in audito amoris excessu, cum ea quasi vestes commutavit, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus, ut homo. In habitu ergo humano, & in vestigijs reae naturae humanae inventum Dei Filium apprehendit vindex divina justitia, ut qui habitum & fidejussionem humanae naturae assumpserat, etiam pro illa poenas daret; rapitur ergo hodie à divina justitia ad supplicium

Demum uterque de captivatus.

Sic Christus nostrum assumpsit habitum.

Philip. 2. v. 7.

Apprehensus à divina justitia.

Ad supplicium rapitur Didymus

Eius vestigijs in sibi Theodora.



plicium Dei Filius, infelici, pro culpa hominum, figendus arbori.

Et uid tu ad hanc, ô Theodora, ô dilecta anima? Nunquid non cum cœlesti sponsa, amoris excessu succensa, surgis & circuis civitatem per vicos, & plateas, quærens, quem diligit anima tua, ut in medias licitorum irrumpens cohortes, te spōsi tui, aut liberatricem facias, aut mortis consortem? Et siquidem neutra tibi fors contingat, saltem te lachrymabilem exhibe spectatricem excessus amoris divini, quem Dei Filius in cruenta Passionis suæ tragœdia complebit in Jerusalem. Sta ergo intenta, imò attonita ad tantum amoris excessum, ô anima, & cor amoris, viscera compassioni, & oculos lachrymis parato, & exordior.

Huius ergo insiste vestigiis, ô Theodora, anima.

II. Summè, patiens Propheta, Dei erga homines dignationem

Job. 14. 3. in hoc miratur: *Et dignum ducis super hujuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?*

Miratur Job, Quasi dicat: *Qued decus est dominis, in eis accersere servos? Quis honor Principi aut Regi in propria persona processus criminales audire, decidere, & in maleficos & reos sententiam dicere, & executioni mandare? Non enim magnates judicia & tribunalia malefactorum suâ digna præsentia æstiment, sed causas hæcæ criminales delegatis iudicibus expediendas, & exequendas demandant. Et ta-*

quod Deus ipse hominem diu dicare dignatur.

men rex regum Deus, dignū ducit hominē, ut reum ante oculos suos constituat, causam illius criminalem, non Angelis aut alteri cuivis creaturæ dijudicandam committat, sed ipsemet in iudicio particulari pro tribunali sedeat, causam examinet, reum audiat, & sententiam ferat.

O hominum patientissime! si tam vehementer miraris, quod iudex Deus in hominem reum oculos suos conjiciat, & aperiat, quid dicturus eras, si spiritu prophetico vidisses non tantum divinam majestatem super homines peccatores oculos aperientem, sed ipsos homines divinæ majestati oculos claudentes, & velantes? *Et velaverunt eum, & percutiebant faciem eius.*

Hic Dñi Filium ab hominibus

Excessum dixissem inauditum, absq; dubio respondebit patiens Propheta. Et bene; nam etiam mellissius Doctor excessum vocat: *Verè fuit excessus, cum dedisti vellentibus genas tuas.* Sed qualis excessus? Excessus crudelitatis, & irreverentiæ apud perfidos Judæos & lictores, & excessus patientiæ apud mansuetissimum Dei Filium; Nolite me, ô mortales! posthac virum patientem nominare; en patientiæ magistrum, & virum patientissimum Dei Filiū, qui irrisiones & sputa, & alapas, & percussiones, & oculorum velationem à propriis creaturis tam patienter sustinuit; cum tu, ô homo peccator, dignus calcari, & in infer-

S. Bernat. fer. 2. Pa. Job.

irridetur. velatur.

infernum detrudi, nec minimam
verbi puncturam, aut verbum
ignominiosum, nedum alapas, &
oculorum velationem supporta-
re sustineas. Ab isto Filii Dei ex-
cessu patientiæ, pati disce; verum
quidem est, quod hæc ad magnum
patientiæ excessum spectant, sed
majore sibi partem vendicat ipse
Amoris excessus, nam, S. Aug.
teste, *Amor majestati oculos claudit.*

S. August.
Et indi-
candus
ad tribu-
nalia tra-
hiur.

Sed quid ad secundum digna-
tionis genus replicas, ô Job? quod
nempe majestas divina non solum
dignetur judicis partes suscipere,
& criminales hominum actiones
discutere & judicare, sed ipse se,
quasi reum & maleficum, ad ini-
qua judicium perverforum tribu-
nalia trahi patiatur? si hunc pati-
entiæ, & amoris excessum præ-
vidisses, stylum tuum utique in
alia convertisses verba, sic scri-
pturus: *Dignum duci propter huius-
cemodi velari oculos tuos, & adduci
pro eo in iudicium, indicari, & con-
demnari?*

III.
Diversa
Iudicium
indicia.

Diversæ quidem iniquorum
judicium fuerunt mentes, & judi-
cia, nam summi sacerdotes odio,
& passionibus accensi, tanquam
blasphemum, ac pacis perturba-
torem, mediatorem hominum,
ac æternam veritatem, judicâ-
runt, & condemnarunt. Herodes
tanquam fatuum, æternam delu-
dens Sapientiam ad Pilatum remi-
sit, quæ ob excessum amoris ho-
minibus, quasi infatuata, appare-
bat. *Amor enim ratione caret, modum*

P. Chry-
sol. term.
147.

nescit, ait Chrysologus: Pilatus au-
tem sciens, quod per invidiam
tradidissent eum non ex odio, sed
timore inordinato, & respectu
politico iniquus, liberandi binos
quidem excogitavit modos, sed
vano successu. Nam imprimis
cum Barrabba latrone insigni, &
infami Judæis propositum Dei fi-
lium, quem è duobus sibi dimitti
vellent, interrogat, non dubitans
Barrabbae anteponendum Jesum
Nazareum; sed inclamante po-
pulo, *Tolle hunc, tolle, crucifige, & di-
mitte nobis Barrabam & spe sua se*
Pilatus frustratū vidit, aliud libe-
randi medium, licet sævum nimis,
attentavit: *Corripiam ergo illum,
flagris, & ludibriis, & dimittam.*

Libera-
tionem de
latis at-
tentat.

Lictores igitur accepta à prin-
cipibus sacerdotum, ut IESUM
quàm sævissimè tractarent, pe-
cuniâ, statim, ut de illo flagellan-
do & corripiendo mandatum ac-
ceperunt, capillis arreptum ad co-
lumnâ tanto impetu trahunt, ac
trudunt, ut capite ac dentibus du-
rè columnæ collisis, undique de
capite sacratissimo, ac venerabi-
li facie sanguis ubertim deflue-
ret, sicuti dolorosissima Mater
B. Brigittæ revelavit, desuper as-
serens, quod tam fortiter genas
ac collum ejus palmis, ac pugnis
percusserint, ut ipsa omnes ictus
distinctè auribus suis perceperit.
Inde ex lictorum mandato ipse se
vestimento suo exiit. Et videbam
(ait rursus afflictâ mater) *Filium
meum aslare ad columnam nudum,*

FLA-
GELLA-
TIO.

Revelat.
S. Brig. I.
4. c. 70.

Revel. I. 13
c. 25.



*Nudus
alligatur
columna.*

& nihil operimenti habentem. Obstupescite cœli, & compatimini Dei Filio, qui extendit nubes sicut pellem, qui terram floribus ac herbis, plantas foliis, volucres plumis, ac animalia suis vestit versicoloribus pellibus, ac pilis, nudus hîc coram impudenti licetorum astat cohorte, cui non melior super est spes, quàm quòd brevî proprii sanguinis purpurâ sit contegendus.

*Vinculis
charitatis.*

Ligatur ergò dirissimè nudus ad columnam Dei Filius, sed qui funes & vincula hunc Samsonem insuperabilem vincire potuissent & terere, nisi amoris excessu ipse fuisset constrictus? *Nullum vinculum* (ait Laurentius Justin.) *Filium Dei ad columnam tenere posset, si charitatis vinculum defuisset.*

*Laurent.
Justin.*

IV.

Adesto itaque, ô Theodora, ô sponsa Deo dilecta, oculos tuos vanitati deditos in hoc cruento satians spectaculo: respice effusis lacrymis, tremente corde savissimos lictores, tanquam lupos ferissimos, in mansuetissimum irruentes agnum Dei, quorum duo (teste S. Vincentio Ferer:) virgis spinosis, duo nodosis & & ferreis stimulis intextis funibus, & duo ferreis catenis, alternatis vicibus (ut respirantes resumptis viribus ictus validius vibrarent) tenerrimum Mariæ Filium flagellant. Ah! quis calamus hunc dolorem sufficienter describere, quæ lingua satis potest exprimere?

*Virgis,
flagellis,
& catenis
caesus.*

O Mater dolorosissima, ipsa tam cruenta tragœdiæ spectatrix, hanc nobis enarrare flagellationis savitiâ digneris, quæ non immerito jisdem pene Æneæ verbis replicare potest.

Insa dum renouare iubet, ô sponsa, dolorem!

Tamen ad Filii mei passionis memoriam, eiusq; amoris excessû animo tuo profundius imprimendum, fideliter hanc savam flagellationis scenâ tibi proponam.

Ait ergo: *Ad primum ictum, ego* Revel. li. *quæ astabam, cecidi quasi mortua;* c. o. & l. 4. c. 70.

tamque teneræ complexionis fuisse Filium affirmavit, ut nullus eum ictus tam leviter posset attingere, quin è vestigio sanguis deslueret. Quàm copiosi ergo *Quam cruenta flagella-* 110.

sunt, cum totis viribus lictores immanes tenerrimum corpus virgis, flagellis, & catenis verberarunt, à circumstantibus Judais usque adeò ad savissimè feriendum animati? Omnem autem immanitatem excedebat, quòd (juxta revelationem S. Birgittæ factam) ita lictores flagella ferreis stimulis intexta in carnem, verberum impetu, profunda- bant, ut non tantum pellem à carne, sed etiam carnem ab ossibus avellerent; sic dolorosa Mater apud S. Brigittam attestatur: *Vidi* Revel. l. 5. *corpus eius verberatum, & flagellatum usque ad costas, ita ut costa eius viderentur.* Maximè autem ex S. Syndone, Alphonfus Palæotus

in

*usque ad
offa.*

in hujus descriptione observat vulnus saviſſimum supra renes Salvatoris, longitudinem palmi adæquans, itaque profundum, ac latum, ut manum immittere quis facile potuiſſet. Pergit ulterius enarrare afflicta mater, quòd Filio sic cæſo, ac flagellis lacerato (ita ut à planta pedum uſque ad verticem non inveniretur in eo fanitas) ad columnam ſtante, unus demum militum, ſive compaſſione, ſive politico reſpectu motus acceſſerit, iniquum eſſe cauſatus, reum ad necem cædi, antequam mortis in eum eſſet dicta ſententia, vincula abſcidit, procidente ſemianimi Dei Filio in terram proprio ſanguine tinctam. Inter hos exceſſivos ſaviſſimæ flagellationis cruciatus nec vocem, nec clamorem nec ullum alteratæ mentis, aut impatientiæ ſignum edidit, ſed ſolum ſubinde alta traxit ſuſpiria.

*Omnia
repleta.
ſanguine.*

Revolve animo, ô ſponſa Chriſti, quanta pretioſi ſanguinis copia impiæ liſtorum manus, flagella, funes, ipſique parietes, & pavementum maxime, tincta fuerint, locum planè, ubi conſiſtebat Agnus manſuetiſſimus, ſanguine repletum, vidit ipſa Virgo ſanctiſſima, ita ut ex diſtillante undique ſanguine, & cruentis veſtigijs greſſus filij facile agnoſceret, ipſi deinde, faciem ſuam divinam veſtimento ſuo regenti, nec tantum quidem liſtores compatiébantur, ut ſe reſteſtire

commodè poſſet, ſed calcando, percutiendo, capillis trahendo accelerationem urgebant.

Obſtupescite cœli, & portæ ejus deſolamini vehementer! O Spiritus Angelici, qui ad glorioſam Regis veſtri nativitatem jubilantes deſcendiſtis de cœlo, ad cruentum quoque hoc ſpectaculum deſcendite, miramini & videre exceſſum, exceſſum crudelitatis & immanitatis.

Apparet quidem in hac immani flagellatione exceſſus crudelitatis in liſtoribus, ſed non minus exceſſus luxuriæ in laſcivis hominibus, tu enim, ô anima laſciva, & impudica, flagella & catenas, flagellando Salvatori tuo, præparaſti, tu obſcœnis tuis verbis, deſiderijs, & actibus ita crudeliter in Virginali Chriſti ſponſi tui carnem ſaviſtiſti: *ſupra* *doſum meum fabricaverunt peccatores*, & quidem prolongaverunt iniquitatem ſuam. Aſpice (ô peccatrix anima) tincta ſanguine divino flagella, ecce ſtrepitantes catenas! quid prolongare non ceſſas iniquitatem tuam? quid pergis ſuper dolorem vulnerum addere innocenti Dei Filio? Nunquid ſatis fuſum ſanguinis? non à vobis denuò conculcandum, ſed tanquam efficaciſſimam medicinam, & præſentiſſimum contra luxuriam remedium reverenter lambendum. *Iam ſecure bibite ſanguinem* (hortatur Auguſtinus) *quem ſuſciſti.*

Flagellatio exceſſus crudelitatis.

Et luxuria.

S. Auguſt. Pſal. 45.

Verum

Maxime autem amaris.

Verum quidem quod si levis haec flagellatio, excessus crudelitatis, & luxuria fuerit, sed non minus, uno maxime fuit excessus amoris, nam immensus amor ex carne & venis Dei Filij tantos sanguinum ebullire fecit torrentes, usque ad deliquium: O Iesu amor tuus, & iniquitas nostra, sic te imbecilem fecerunt, (exclamat S. Bonaventura) Maledicta sit tanta iniquitas, pro qua sic affligeris. Maledictus excessus luxuria, quae tantum crudelitatis provocavit excessum. Sed benedictus Amoris excessus, quo peccatorum nostrarum fuit sanatus, & purgatus excessus.

Ioan. 11. v. 35. Amor ergo Lazari colligitur ex lacrymarum guttis.

Quantus ex sanguine rivus?

Defuncto Lazaro Christus amare obitum amici sui desieverat, Et lacrymatus est Iesus, dixerunt ergo Iudaei, ecce quomodo amabas eum? Si ex paucis profusis lacrymarum guttulis tantum Christi, in Lazarum, collegerunt affectum amoris, quantum nos (ex tam abundantibus profusis sanguinum rivis) colligimus fuisse Filij Dei erga genus humanum, amoris excessum? Siste hic ergo, o Theodora, o peccatrix anima, & non tam iniquitatum tuarum, quam divini amoris excessum considera; si cor tuum non redamat, vivum mortuum est? si non compatitur, lapideum est, si non peccatorum dolore conteritur, adamantinum, & indomabile est.

VI.

Tunc milites praesidii suscipientes

IESUM in praetorio, congregaverunt Matth. 27. v. 27. ad eum universam cohortem, & ex- uentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei, plectentes coronam spineam, posuerunt super caput eius. Milites enim audito, quod Christus de affectato regno fuerit apud Praesidem delatus, ut Principum, Sacerdotum, & Seniorum populi efferatis animis plenius satisfacerent, nova martyrij inventionem, quae dolori simul & ignominiae deserviret, plectebant coronam de spinis, sive juncis marinis, qui, teste Lyrano, tam longas, acutas, & duras habent spinas, ut etiam calceos penetrando, pedes offendere valeant. Exutum ergo vestibus Salvatore, ac lacera induta purpura, lapidi marmoreo insidere faciunt, qui hodieque Romae ad S. Crucem asservatur. Capiti deinde sacratissimo coronam spineam pilei instar formatam fustibus furioso impetu, & violentia imprimunt, aliter sensibiles capitis partes perforantem.

Considera, o anima, quam intensum debuit fuisse hic coronae spineae tormentum, si enim pedis aut digito tuo vel levis inhaereat spina, sanguine aut putredine suffusa, quam angeris? quam torqueris? quomodo erudenda spinae, & mitigando dolori omnia adhibes media? Quantum ergo dolorem benignissimo Salvatore haec spinea caesavit coronas,

Quam fuerit dolorosa?

na, dum spinarum aliqua sacra-
 tissimum caput usq; ad cranium
 penetrarunt, alia ad ipsam cranii
 duritiē collisæ vel ruptæ sunt, vel
 inflexæ ex inferiori capitis parte
 carnē perfoderunt, & sic infini-
 tis puncturis vulneratum caput,
 tantis aestuabat doloribus, ut non
 vereatur S. Laurentius Justinia-
 nus asserere, impossibile fuisse,
 ut Dei Filius tantos sustinere po-
 tuisset dolores, nisi illi vita, super-
 naturali virtute, ad reliquum pas-
 sionis decursum fuisset conserva-
 ta, quos insuper dolores savi li-
 ctiores iteratis baculorum icti-
 bus, & impressionibus duplica-
 runt. Asseverat etiam apud S. Bri-
 gittam beatissima Virgo, coro-
 nam spineam durissimè capiti Fi-
 lij impressam, ad medium usque
 frontis pertigisse, tam copiosè
 exundantibus plurimis sangui-
 num rivis, ut totam omnino faci-
 em, barbam, capillos, oculos,
 aurèsq; inundarent, atque re-
 plerent. Taceo blasphemias co-
 hortis illusiones, cujus aliqui Dei
 Filium trahebant naso, alij velle-
 bant barbam, alij cædebant in fa-
 ciem, alij flexo poplite conspue-
 bant, ac illudendo Regē Judæo-
 rum salutabant. Et tu ô Theodo-
 ra, ô anima Deo devota, sed sin-
 ceriori affectu & reverentia, sa-
 luta, in genua provoluta, spon-
 sum tuum sanguinum, inter spi-
 nas roseo liquore perfusum ex-
 clama cum Doctore mellifluo.

*sanguine passionis, ardens igne chari-
 tatis! Ardens enim charitatis ex-
 cessus regale Salvatoris caput,
 velut Rosam, spinis circumsepi-
 vit.*

*Ardens
 charita-
 tis.*

Finito hoc doloroso Corona-
 tionis intermedio milites Jesum
 Pilato sistunt, qui miratus cruen-
 tum viri dolorum spectaculum,
 eum in loco eminenti productum
 populo exhibet inspiciendum:
 clara voce exclamans: *Ecce Homo.*
 Quasi diceret: Ecce, quem Re-
 gem vestrum futurum timeba-
 tis, tam miserè coronatum, ac
 purpuratum, ut vix hominis, ne-
 dum Regis speciem referat.

VII.
 ECCE
 HOMO-

Accurre & tu ô Theodora,
 ô sponsa Christi, cum afflicta &
 dolorosa Matre, & miserandam
 ejus contemplare formam, con-
 sidera speciosum præ filijs homi-
 num, cui non est amplius neque
 species, neque decor.

Adamaverat Amnon, Davidis
 primogenitus, ardentissimè Tha-
 mar sororem suam, ipso amoris
 ardore, non languidus tantum,
 sed & infirmus, quem Jonadab
 intimus eius amicus confidenter
 interrogat: *Quare sic attenuari
 macie fili regis? cui ille: Thamar
 amo. Excessivus in Thamar, so-
 rorem meam, amor sic me extre-
 nuavit.*

*Amnon
 ex amore
 infirma-
 tus.*

2. Reg. 13.
 v. 4.

O Mater afflictiissima, Ecce
 Homo, ecce Filius sic macie at-
 tenuatus, ut ex ipsis vulneribus
 ossa apparent, & vix hominis
 amplius speciem referat, stat at-

T t t tonita

l. 4. Reve-
 lat. c. 70.

*Jesu Ro-
 sa rubens
 sanguine.*

S. Bernar.
 de Pass.
 Dom. c.
 33.

*Jesu Rosa rubens, & ardens! Rubens
 P. Franc. Josephi Op. IV.*



tonita dolorosa Mater cum afflicto suo sodalicio, & cum non potest lingua, saltem Filium alloquitur affectu: *Quare sic attenuatus macie, Fili mi, & Fili Regis aeterni? Quid aliud respondere Filius potest, nisi Thamar amo, hominem amo, Excessus amoris me ita deformem fecit, & macilentum. Ecce Homo, & Theodora, & anima Christiana, Dei Filium ex amoris excessu ita pro te attenuatum macie, quid ergo amare differs? Aquam amoris tui fluentem in cloacam, converte ad hortum, & ad Florem campi, Rosamque ardentem non tam spinis circumseptam, quam sanguine tinctam.*

S. August.
in 1. 31.

Sed & vos invidi Judai, currite ad hoc spectaculum: *Ecce Homo!* tam miserè flagellatus, & ignominiosè coronatus, ut impossibile ducat Pilatus, quin populus Iudaeorum ad compulsionem motus, eum dimittendum sit rogaturus, abundè tam insolita ejus correptione satiatus. Sed hac formidanda, & miseranda hominis species, non compulsionem, sed magis furorem, ac odium in populo indurato accendit, ut eum, tanquam abjectionem plebis, & opprobrium hominum ex oculis & hominibus tollendum, & in crucem sustollendum clamaret: *Tolle, tolle, Crucifige, crucifige eum.*

Clamant
contra
eum popu-
lus.

O insensate popule: *Ecce Homo*, quem spiritu videre Pater tuus Abraham in tantum deside-

ravit: Et quidem vidit, & gavisus est. Hic ille, quem multi Patriarcha & Propheta videre optabant (quem vos videtis modò) & non viderunt: *Ecce Homo! Ecce Deus! Ecce Messias vester tandiu desideratus! sed obstinatus, & furore obcaecatus populus constanter inclamat: Tolle, tolle, crucifige. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? Responde mihi. Nunquid agros curavi? caecos illuminavi? leprosos mundavi? claudos sanavi? mortuos resuscitavi? veritatem, ac regnum caelorum tibi annuntiavi? Popule meus, quid ergo feci tibi, aut in quo contristavi te? Responde mihi. Sed aliud non obtinet responsum, nisi, Tolle, Crucifige.*

IX.
Sic & in-
vidis
Clamant,
crucifige.
Quid sentis, & Anima, de populo isto? quid dicis ad esseratum populi clamorem? non est, quod dicam, nisi quod in populo hoc indurato admirer excessum ingratiitudinis, excessum obstinationis, excessum irae, odii, rancoris, & invidiae. Bene sentis, & anima, quod excessum rancoris, & invidiae inesse dicis populo clamanti: *Tolle, crucifige; sed huc solummodo clamasse populum aestimas? Et tu & anima invida, & tu, & Christiane iracunde, qui proximo tuo, qui membrum Christi est, dorsum & non faciem ostendis, contra Christum clamas, Tolle, tolle, crucifige. Et tu ergo, Fili Dei altissime, te ab in-*
vidis

vidis hifce & mordacibus Christianis averte, ostende eis non faciem sed dorsum, qui nec in hoc sacratissimo Passio is tempore rancorem & invidiam deponunt, aut licet se deponere simulent, cito acerbius eam exercere publice, non erubescunt, his ergo dorsum ostende, quia digni non sunt faciem tuam respicere, qui in proximo suo imaginem tuam nolunt diligere, sed te rursus in fratre suo quarunt crucifigere, & si non lingua, saltem in amaro cordis rancore clamant, Tolle, tolle crucifige.

Sed subsiste in danda contra innocentem Salvatorem sententia Pilate, noli condemnare eum ad invidorum horum hominum clamorem & instantiam, ad tribunal divinum Aeterni Patris appello. O Pater caelestis: Ecce Homo! Ecce Filius tuus tibi coaeternus, qui in similitudine hominum factus, & habitu inventus ut homo, tam crudeliter ab hominibus tractatur, conspuitur, flagellatur, & ad mortem turpissimam nefandam Crucis deposcitur, eripe illum de manibus invidorum hominum, & iniqui iudicis. Prosternitur ad thronum divinae majestatis totus caelitus exercitus, vitam & misericordiam Filio impertiendam supplicans. Sed procedit minax evaginato gladio Justitia, iniquum esse contestans, ut servo perfido, iniquo misericordia concedatur, & venia, sine Filii Dei, (qui pro

homine fidei iussit) sanguinis effusione, nec prius se placandam protestatur. Nam, Homo mortis debitor fuit, (ait S. Bonaventura) S. Bonav. *mori ergo debuit, qui pro homine (atque) scem. 2. Dom. 2. Adv. ex Bernard.* facere voluit. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus devorabit carnes, & quidem Filii Dei.

Forte quidem est, ut fatear, divinae justitiae argumentum, sed tamen rigorem Justitiae teneritudine paterni affectus, & clementiae temperari oportet, neque Patrem in condemnando Unico iudicem, sed advocatum esse decet.

Sic refert Titus Livius de patre Horatio, nam cum, summam victoriae (Romanos inter & Albanos) trium Horatiorum, & Curiatorum pugnae commissa, his omnibus casis, unicus restaret victor

Titus Livius dec. l. 1. Horatius filius occidit sororem.

Horatius, ac triumphali more ante exercitum procedens, portansque trucidati Curiatorii paludamentum, urbem ingrederetur, obviam habuit sororem, quae cruentum paludamentum, quod ipsa fecerat, contuita, solvit crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellavit, hanc nudato transfodit gladio, sic eam affatus: *Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum, oblita fratrum mortuorum; sic eat, quaecumque Romana lugebit hostem.*

Atrox id facinus juvenis victoriae elati visum est Patribus Conscriptis, ac proinde causa iudicanda Triumviris tradita; à qui-

Appellatur ad Patrem

Injustitia se opponit

Provo-
cante Pa-
tre.

absolutus
à populo.

RESVM
condemnat
ipso Pa-
tre.

X.
Ob ex-
cessum a-
moris.

quibus, si in causa perduellionis ad populum vano successu provocari contigerat, lex dictabat: *Caput obnubito, infelici arbori resti suspendito, verberato vel intra pomarium, vel extra.* Tam unus duumvirum sententiam dixerat: *Horati, tibi perduellionem iudico, I licitor colliga manu, &c.* Mox pater unico privandus filio, ad populum exclamat: *Provoco.* Et sic appellans ad populum hæc illi penetrantia verba consideranda proponit: *I, licitor, colliga manus, que paulò ante armata imperium populo Romano pepererunt. I, caput obnubila, liberatoris urbis hujus. Infelici arbori suspende, modò decoratum, orantem, victoriâ. &c...* Non tulit populus, nec patris lacrymas, ait Livius, nec ipsius parem in omni periculo animam, absolventisque admiratione magis virtutis, quam iure causa.

O pater, Ecce Homo, ecce Filius tuus! cui perduellionem jam judicavit iniquus populus. Tolle, Crucifige. Eripe eum è manibus iniqui populi, & iudicis injusti, absolve tu eum, & admiratione virtutis, & iure causa. Sed ipse Pater non mitiorem pro Filio dat sententiam, sed contra ipsum pronuntiat. *Tibi mortem iudico, Iesu Nazarene, Fili mi. I licitor manu colliga, verberato, infelici arbore suspendito, Tolle, tolle, Crucifige.*

O Pater æterne, quid enim Filius tuus mali fecit? cujus excessus reum ipsum iudicas? Excessus amoris. Quia hominem

amavit: Qui cum in forma Dei esset, in similitudinem hominum factus ex amoris excessu, se humana naturæ desponsavit, & pro illa fideiussit, qui ergo pro homine, qui mori debuit, fideiussit, aut mori debet, aut amori, & fideiussioni renuntiare.

Ecce innocentissime Fili Dei, mors & vita in manu tua est; tuo jam stabitur arbitrio. Quid ergo decernis, vitam relinquere, aut amorem? Quid eligis, vivere & non amare? vel amare & mori? Ah! Pater cœlestis, quomodo vivere possum, si non amem? vita mea, amor meus est; mors, non amare. Hominem amo, & antequam ejus amori renuntiare velim, vitæ renuntiabo. O excessum amoris!

Videtur itaque respondisse Patri Christus in ea verba, quæ devotus Abbas Popo (alii Odilonem vocant,) Religiosis suis de larga & indiscreta nimis danda elemosyna (ne damnationis periculum incurreret) ipsum dehortantibus replicavit. *Si damnari debeo, propter nimiam charitatem damnari volo.* Sic respondere videtur Dei Filius: Ob nimiam charitatem, ob excessum amoris damnari volo. Hominem enim amo, & excessivè amo. Et ob excessum amoris mori eligo. *I, ergo, licitor, manus colliga, verberato mi, infelici arbori me suspendito, Tolle, tolle, crucifige.*

Hac

Sententiâ
unanimè
Pater.

Hac itaque Filii factâ declaratione definitivam aeternus Pater dat sententiam; Ego, qui sum, principium sine principio, ab aeterno Deus, Rex regum, & Dominus dominantium, cœli & terræ Creator, Jesum Nazarenum, Filium meum unicum & dilectissimum, Verbum meum aeternum, & secundum carnem, Filium Mariæ Virginis, in quo semper complacui, ad infame crucis supplicium & mortem cōdemno, propter nimiam charitatem, & ob excessum amoris, quo hominem amavit, ejus naturam assumpsit, & pro eo fidejussit. *I licitor, manus colliga, verberato, caput obnubito, infelici arbori suspendito; Tolle, tolle, crucifige eum.*

Subscribunt Angeli.

Consentiant Patres in limbo.

Confirmat Synagoga.

XII.

Subscribit sententiâ tota cœlestis angelorum curia, si aliter fieri nequeat, ut sedes nostræ reintegrètur, nisi morte Filii Dei, *I licitor, manus colliga, &c. tolle, crucifige.* Assentitur captiva in limbo Patrum turba, si aliter nos liberationem, cœlique reclusionem, nisi per sanguinem Filii Dei sperare non possumus, *I licitor, manus colliga, infelici arbori suspendito, tolle, crucifige.* Confirmat idem ex Officio pontificatus prophetans summus Sacerdos: *Melius est, ut unus moriatur pro populo, quam tota gens pereat. I, licitor, tolle, crucifige.*

Unicum adhuc deest votum, ipsius scilicet afflictæ Matris: Quid

tu, & amaritudine repleta Mater, ad istam, communibus votis latam dicis sententiam? O Pater cœlestis! si possibile est, redemptionem humani generis sine Filii mei morte consummari, eum mihi dona, parce, parce, innocenti sanguini, & dimitte; si verò sine hoc fieri nec potest, nec debet mundi redemptio, eum tibi offero in holocaustum, non attentis excessivis ejus, & meis doloribus. Et ita scias me ardentè animarum salutem desiderare, ut si aliter hæc nequiret fieri, ipsum ego Filium, ad exemplum Patris nostri Abraham sacrificare in holocaustum parata forem. Ut ergo mundi redemptio non retardetur, *I licitor, manus colliga, infelici arbori suspendito, tolle, tolle, crucifige.*

Assentitur Mater.

Subscribit Christus.

Subscribit latam in se unanimitate voto sententiam Filius, (ne frustra calamus dextrâ ferre videatur) proprio sanguine. Ego JESUS Nazarenus, Filius Dei secundum divinitatem, Filius Virginis secundum carnem, hanc in me latam mortis sententiam, volens accepto, & confirmo, eligens, ob nimiam charitatem, & amoris excessum erga homines, mori. *I licitor, manus colliga, infelici arbori me suspendito, tolle, tolle, crucifige.*

Sic demum divina Justitia fractâ spe vitæ, latam & confirmatam in cœlo sententiam, etiam



à terreno Iudice promulgandam,
& exequendam mandat.

*Sententia
Pilati.*

Formulam sententiæ à Pilato
prolatæ, aliqui hanc fuisse asse-
runt: Ego Pontius Pilatus, Ty-
berii Caesaris Romani in Judæa
Præfes, JESUM Nazaraum ho-
minem malevolum, populi sedu-
ctorem, qui seipsum regem ac
Deum fecit, ad mortem condem-
no, ut bajulans sibi crucem infami
ligno figatur. *I. lictor, manus
colliga, infelici arbori suspendito.*

Vix hanc prolatam senten-
tiam Præfes funestâ tubâ pro-
mulgari fecerat, cum Principes
sacerdotum, & seniores populi,
Justitiam Præsidis depradican-
tes, qui Iesum tradiderat volun-
tati eorum, mox eam exequen-
dam urgent.

XIII.
BAIV-
LATIO.

Revestiti itaque propriis ve-
stibus Salvatoris mansuetissimi
humeris feralis trabs injicitur, ac
per pratorii scalas partim detra-
hitur, partim dejicitur. Præce-
debant tibicines, qui per prima-
rias urbis plateas, exequendam
judicis sententiam, & suspen-
dendi inter duos latrones Filii
Dei supplicium proclamabant,
sequebantur signa & vexilla Ro-
manæ cohortis militaria, quæ in
aëre volantia mortem vitæ Au-
ctori annuntiabant, pars co-
hortis pratoriæ equo, pars pe-
des armata manu maleficos par-
tim præibat, partim sequeba-
tur. ipse mundi Redemptor gra-
vi Crucis mole onustus inter

*Trium-
phalis
pompa.*

quatuor (lumbos ligatus catenâ)
carnifices incedebat, post quem
duo latrones manibus post terga
revinctis ducebantur. Demum
cum magna populi multitudine
etiam ipsi seniores & principes
sacerdotum consensu equis ag-
men claudebant, invidos oculos
in hoc cruento spectaculo fatia-
turi. Et siquidem ex me, (de-
vota anima) quæsieris, quoniam
sit solemnitas iste incessus, & pro-
cessio, aliud respondere nescio,
nisi quod dicam, hunc esse pom-
posum Amoris triumphum, sicut
enim olim Romani Imperatores
decreto sibi triumpho, urbem in-
gressuri, devinctos Reges, capti-
vos ac victos triumphali curru
jungebant, sic hodie Amor di-
vinus de Filio Dei triumphans,
cum eo (ad Crucis triumphalem
curru, juncto ac victo) ad mon-
tem Calvaria, tanquam novum
militantis Ecclesiæ Capitolium
ascendit, nec erubescit fateri se
victum cæli Monarcha,

*De me solus Amor potuit portare
triumphum.*

Dolorosa valde Dei Filio hæc
erat Crucis bajulatio ex multis
capitibus, quia imprimis gravis
erat ipsa Crucis moles, quindecim
pedes longa, ac decem la-
tæ: hæc humeris, ac dorso flagris
lacerato imposita, altè vulneri-
bus imprimebatur, quæ tanta mo-
le renovata, ac dilatata uberem
stillabant sanguinem. Erat quo-
que totum corpus vigiliis, jeju-

niis,

*Quem A-
mor in
Dei Filii
victor in-
stituit.*

*Bajulatio
quam do-
lorosa.*

niis, ac doloribus exhaustum, & tanto oneri portando insufficiens, praefertim cum funibus & catenis, hinc inde à lictoribus traheretur.

Cadit
Christus
sibi Cru-
ce.

Unde communi consensu docent contemplativi, sapius sub Crucis mole durissime lapsum esse Salvatorem, quod nunquam sine acutissimis doloribus poterat contingere, nam Crucis moles corpori vulnerato incumbens, tanquam torcular tenerrimum botrum Cypri premebat, sed maxime spinea corona gravi Crucis contactu sacratissimo Capiti impressa inexplicabilem causabat dolorem; accedit, quòd vulnerati, & ad lapides collisi pedes vix corpori, nedum crucis oneri ferendo pares erant, & ipsa sacrata facies ad saxa collisa, ita intumuerat, ut non amplius (tumore, livore, ac sanguine plena) antiquam sui speciem referret.

XIV.
Maria se-
quitur.

Sequebatur Filium etiam benedicta Mater, cruentis ejus insistentis vestigiis, & quoniam ob comprimentem turbam non Filij desideratam faciem, sed tantum vacillantia crucis brachia videre & ictus, clamoresque lictorum audire poterat, idcirco cum dilecto Ioanne, ac tristi sua Societate quendam plateæ angulum, quæ Christus erat transiturus, præoccupavit, uti S. Bonaventura pie meditatur. Hic primos sibi obvios habuit satellites, qui malleos portabant; & clavos &c. Et

quoniam hi ex ipsa planctus amaritudine collegerant, matrem eam esse malefici, ex industria & malleos, & clavos concutendo, ac collidendo exhibebant affictæ matri, his (inquentes) clavis, infelix mulier, hodie filius tuus maleficus infami cruci figetur. O cor maternum, quàm tunc amara doloris sentiebas vulnera!

Amplecti-
tur Filiū.

Appropinquante autem ipso dilecto Filio, lictorum manipulum penetrans Mater amplectitur filium, & quantum sua lachrymis & singultibus fracta, voce exprimere poterat, dicebat. *Iesu fili mi, Fili mi Iesu, quis mihi det, ut moriar pro te!* Duo hæc amaritudine repleta, ac amore conglutinata corda ocius divellebant feri lictores, ut cum gravi crucis onere in unam filius, & mater in alteram laberetur partem seminimis. O ministrantes cœlestis curiæ spiritus, advolate, & Regem vestrum satellitum manibus percussum, calcatum pedibus, tractum capillis ac funibus, erigite, ac cœlesti confortativo semianimem recreate Matrem. Promptos se utique Angeli pacis, amare stentes exhibuissent, nisi à divina iustitia fuissent prohibiti.

Repelli-
tur à li-
ctoribus.

Sic gravi crucis mole defatigatum, ac viribus exhaustum erat Christi corpus tenerrimum, ut vel ipsorum apparitorum iudicio, tanto oneri, ferendo par non

non esset, unde angariaverunt prae-
tereuntem quendam Simonem Cyre-
naeum, crucem portare post Iesum.

O anima,
Crucem
porta post
IESUM.

Ubi es, o Theodora, o sponsa
Christi, qui sub crucis mole su-
cumbentem deseris sponsum, an
nescis hoc tui esse officij, te so-
ciam in ferenda cruce jungere
sponso tuo? Erubescere pigritiam,
ac tepiditatem tuam, quae amoris
ardore destituta, vel minimam tri-
bulationis ac mortificationis cru-
cem post Christum portare gravaris,
nec sub sua gementem, & suc-
cumbentem vel cogitas, vel ju-
vas, cum tamen ille pro tua salute
indefessè desudans vivacem, in-
ter tot tormentorum genera, me-
moriam tui habeat, hoc unum à
te exoptans, ut si portanda post
eum crucis animum non habeas,
saltem sui memoriam non per-
das.

XV.
Facies
Veronica.

Solent Amantes, ad conser-
vandam inter se invicem memo-
riam, vivacem sui tradere imagi-
nem, seu effigiem, cujus aspectu
& memoria & affectus continuò
excitetur, idem tibi praestitit coe-
lestis sponsum, o anima dilecta,
nam domum devotae cujusdam
viduae praeteriens cum cruce
Christus linteo seu sudario ad de-
tergenda sputa & sanguinem
sibi ab ea porrecto, perfectam sa-
cratissimae suae faciei impressit
effigiem, hanc ergo à coelesti
sponso morituro accipe memo-
rialis thesseram, & mirare in Fi-
lio Dei erga te excessum amoris:

Quid est homo, quod (etiam in-
ter summos dolorum excessus)
memor es ejus? At nunquam hac
lamentabilis effigies ab oculis, &
à mente tua recedat.

Sequere, o sponsa, & insiste
sanguineis modò sponsi vesti-
gijs, ipsum Calvariae montem as-
cendentis, qui vulneribus, labo-
ribus, ac doloribus confectus
penè gradum amplius movere
non valebat, unde, satellites nunc
impetuosè impellendo, nunc fu-
nibus sursum trahendo eum ad
supplicij locum pertraxerunt,
ubi Dei Filius in faciem proci-
dens omnia crucifixionis instru-
menta contuitus ingemiscebat.
Exinde lictores avulsa è capite
corona spinea, etiam ipsam de
corpore tunicam vulneribus jam
cum sanguine conglutinatam, si-
mulq; cum tunica pellem cruen-
tam detrahunt, renovato rursus
vulnerum dolore, ex quibus
abundans promanabat sanguis,
postea in genua super crucem
procidens, seipsum Patri pro to-
tius mundi peccatis offerebat fa-
crificium.

CRUCI-
FIXIO.

Et crucifixerunt eum. Inhorruerunt
quasi manus & calami Evan-
gelistarum in describendo cru-
cifixionis tremendo spectaculo,
ut mente suspensi ac attoniti,
plura exprimere non potuerint.
Ipsam verò crucifixionis mo-
dum, sic ipsa dolorosa Mater
apud S. Birgittam describit.
Quod lictores cruce in foramine
petrae

petra erecta, & consolidata, ali-
quod ex asseribus erectum thea-
trum cum mansuetissimo Agno
conscenderint, hinc Dei Filius
sponte in sacrificium se offerens,
mox manum dexteram affigen-
dam extendit, tui scilicet lictores
clavum infigendo vehementissimi-
m malleorum ictibus, ubi os
maximè robustum est, manum
affigunt. Ego (ait benedicta Ma-
ter) ad primum ictum conturbata,
cecidit quasi mortua, oculis obscurata,
manibus tremantibus, pedibus nutan-
tibus, & non respexi præ amaritudi-
ne, antequam ex toto affixus esset.

Revel. 1. 1.
n. 10.

Crucifi-
xionis do-
lores.

Affixio
m. 11. 11. 11.

Ineffabilis fuit iste crucifixio-
nis dolor, quem aggravare omni
industria efferatilictores studue-
runt, dum clavos non acutos, sed
obtusos adhibuerunt, quimagna
violenzia os penetrantes, simul
carnem & nervos in foramen
trahebant. Quantum autem hæc
dolorem causauerint benedicto
Salvatori, vel ex hoc colligere
licet, quod ita nervi sint sensibi-
les, ut nunquam sine magno do-
lore, levi, ac subtili tela, aut pen-
na contingi valeant, quàm inten-
sum igitur, & ineffabilem dolo-
rem grossi, duri, & asperi clavi in
nervis ac arteriis violenter con-
tractis, & in foramen, trahendo,
affixo benignissimo Salvatore
pepererunt? Addit S. Birgitta, fo-
raminibus longè nimis inter se
distantibus, ita lictores membra,
ac brachia Filij Dei trahendo ex-
tendisse, ut etiam vena, & nervi

P. Franc. Josephi Op. IV,

rumperentur, imò ipsas etiam
juncturas ab invicem sejunctas
fuisse affirmat devotus noster P.
Matthias Bellintanus, ut facile af-
ficta Mater crepitantes juncturas
audire posset.

Affixis manibus asseres pedi-
bus subtraxerunt, & toto pon-
dere corpus subito motu depres-
sum, de novo ruptis juncturis,
ac manuum vulneribus dilatatis,
& tanquam ex duabus fontium
venis profluente per totum cor-
pus sanguine. Demum extentos
rursus ad foramina pedes, eadem
ferocia & crudelitate affigunt,
non desunt, qui triginta sex om-
nino mallei ictibus cruce affixos
fuisse sacros pedes scribant.
Quoniam autem violenta tra-
ctione omnes pene junctura cor-
poris suo loco motæ, ac vulnera
disperfa in unum quasi vulnus
continuum, rupta cute, coalue-
runt, benignissimus Salvator,
non amplius humani corporis,
sed cruenta, & excoriata in ma-
cello pendentis, carnis speciem
referebat, ad compassionem nos
per Jeremiam excitans: O vos om-
nes, qui transitu, attendite, & videte,
si est dolor, sicut dolor meus. Exces-
sus enim fuit dolorum.

Sed cum excessu dolorum,
certat excessus ignominia; hinc
sponsum alloquitur Doctor Se-
raphicus: Adhuc intueri sponsi tui
ignominiam (inter latrones pen-
dentis) qui aeri deputatus est, & in-
ter caelum & terram suspensus, ac si

U u u

non

XVI.
Affixio
pedum.

Land-
sparg.
hom. 41.
de Pass.
Dominij.

Thren. 1.
v. 12.

Ignomi-
nia certat
cum dolo-
re.
Cum utro-
que amor.
S. Bonav.
de e. fest.
Vitæ c. 6.

non esset dignus mori in terra, aut vivere. o digna indignatio, & iniuria! Domino orbis, totus negatus est orbis, vilius in mundo nihil aestimatum est Domino mundi! Sed ignominia

Amor sine pondere numero, & mensura.
S. Thoma de Villanova Dom. 2. Advent.

excessum adhuc superat Excessus Amoris, quo animante, ac stimulante tantos dolores, & ignominias pati voluit Dei Filius: Gregoriè S. Th. de Villan: *Dilexisti me Domine supra modum, dilexisti me sine modo, & qui omnia in numero, pondere & mensura fecisti, in diligendo me, modum, pondus, & mensuram excessisti.*

Ad hunc amoris excessum contemplandum invitat nos D. Seraphicus, quasi Præco Excessus amoris divini. *Currite gentes undique, & miramini erga vos charitatem Dei, quæ ipsum Deum triumphans, triumphalem hodie Arcum in monte Calvaria erexit. Terendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.* Terendit arcum, id est Crucem, glossatur Hug. Card. Et posuit me, Deus Pater, dicit Christus, quasi signum ad sagittam, vel aliter potest exponi, ut Arcus extensus & curvatus sit ipse Christus in Cruce extensus & curvatus, ut Idem notat Expositor, & posuit me Dominus Ecclesiam, vel animam fidelem, quasi signum ad sagittam,

Cruce Arcus triumphalis.
Th. 3. v. 11.

Hugo hic vel Arcus, vel Crucifixus.

Signum, anima, vel cor peccatoris Sagitta, amor.

Vt sagittis amoris ex hoc arcu emissis vulneraret eam. O anima, tam acuta & ignea, sunt hæ amoris sagittæ, & tam fortiter tensus arcus, ut si cor tuum penetrare non valeant, durius id esse saxo fatearis.

Præterea arcus iste non tam ad vulneranda corda, quam pacificanda in nubibus est positus: *Ponam arcum meum in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram.* Arcus iste, Christus est, ait Hugo, quem posuit Deus in nubibus, inter cœlum & terram, ut esset renovator pacis ac fœderis, ac mediator inter Deum & hominem.

T. Livius dec. 3. 1. 19

Narrat Titus Livius, à Carthaginensibus olim Romam pro petenda pace missam fuisse legationem, licet vano successu, cum minus, quam par erat, dignitatis in legatione esset, quapropter trajectis in Aphricam copiis Scipio bellum Carthaginense profecutus est, cui cum exercitu obviam quidem processit Hannibal famosissimus, ac nobilissimus Carthaginensium Dux, ceterum se Romanorum potentia imparem suspicatus, ad singulare colloquium provocato Scipioni, pacem hisce efflagitavit verbis. *Vestri Patres, quia parum dignitatis in legatione erat, negaverunt pacem: Hannibal peto pacem. Nec jam conquerendi vobis causa & occasio, quod parum dignitatis in legatione sit, cum ipse ego, nobilissimus Carthaginensiu eques pro pace rogem.*

Hannibal ipse à Romanis pacem peti.

Moverat omnipotenti Deo bellum, rebelle humanum genus: *Peccatores intenderunt Arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra: verum cum potenti Divina Majestata,*

I. ro. v. 2
Christus à Patre pro peccatoribus

statis brachio vires suas longè inferiores, damno suo experirètur, rogantes ea, quæ pacis sunt, multos ablegaverunt Patriarchas, & Prophetas, pacis internuncios, sed vano semper effectu, quia parum dignitatis in legatione erat. Divinæ itaque justitiæ vindicta in genus humanum acriter deserviente, ipse hodie Dei Filius terram inter, & cœlum fatali ligno suspensus pro peccatoribus à Patre pacem deprecatur. Pater, dimitte illis, qui nesciunt, quid faciunt. Commendat planè charitatem suam, Dei Filius in nobis, quòd non solum pro nobis passus, sed etiam pro crucifixoribus suis, imò peccatoribus omnibus, licet inimicis suis, deprecatur, ac pacis internuncius factus est: Pater dimitte illis. O magnum charitatis excessum!

Neque hunc pacis mediatorum recusare Pater cœlestis potuit, eò quòd parum in legatione esset; Ego Hannibal, ego verus Dei Filius, Verbum Patris, Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, Ego Iesus Nazarenus, peto pacem: Pater dimitte illis. Non potuit tam nobilem, tam ardentem, tam vulneratum, cum clamore valido & lachrymis clamantem oratorem rejicere Pater cœlestis: Et exauditus est pro sua reverentia.

XVIII. Non autem solum à Patre, sed etiam ab ipsis peccatoribus, inimicis suis, pacem petere consti-

tuit Dei Filius, cruci confixus, tam graviter ab illis offensus. Ablegaverat quidem ad eos in Testamento veteri Prophetas, & sapientes & scribas, sed ex illis flagellarunt, & occiderunt, & nullum ex eis non persecuti sunt, quia parum dignitatis in legatione erat. Sed hodie ipse Dei Filius pacem petit: Hannibal peto pacem: Ego Iesus Nazarenus, verus Dei Filius secundum divinitatem, Filius Virginis purissima ex stirpe regia Davidis, secundum humanitatem; sed parum Dei Filius apud exacerbatum populum suum, & Synagogam Iudaicam effecit, quæ hodieque à Filio Dei persequendo, & debellando non desistit.

Cum ergo frustra pacem à populo suo petierit, ad Ecclesiam ex gentibus convertitur, & à nobis Christianis in admirabile lumen suum vocatis pacem petit, in quem finem Apostolos, & Prædicatores Legatos misit: Posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos; obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.

Sed per totum annum in Confectionibus & Cathedralibus, clamentibus; & pacem à peccatoribus pro Christo deprecantibus Concionatoribus vix aures præbent iniqui & obdurati peccatores, intendentes arcum, acuentes arma, & gladios contra Filium Dei, est enim lingua eorum gladius

Uuu 2

ACH-

acutus, & dentes eorum, arma, & sagitta, quibus blasphemando offendunt Deum, detrahendo, & susurrando lacerant proximum, implacabiles. Sed, o peccatores obstinati, qui per totum annum, clamantes nos Dei Legatos, contempistis, quia parum dignitatis in legatione erat, nosque homines, similes vobis, peccatores iudicastis. Ecce hodie ipsum Dei Filium, è crucis cathedra perorantem, & à vobis petentem pacem: Ego Jesus Nazarenus, Dei Filius hodie peto pacem, ecce vulnera mea, ecce sanguis meus, ecce coronatum caput meum, conclavata manus & pedes pacem petunt. Cessa, cessa o peccator obstinate, ulterius oppugnare, & vulnerare me; cessa blasphemà, linguà tuà conspuere me; cessa superbe, spinis coronare me: cessa avare, Judæis vendere me; cessa luxuriose, flagellare me: cessa invidere, crucifigere me; cessa gulose, felle & aceto potare me. Nolite hodie roganti pacem denegare, quia satis dignitatis in legatione est: Ego Hannibal, ego Dei Filius pacem peto, & licet offensus, offensores vos deprecor.

O peccatores indurati, qui nobis internuncijs & legatis pacem petentibus obdurastis aures & corda vestra, saltem, *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Audite

Hodie ipse pacem peti è cruce perorans.

Hodie nolite obdurare corda.

exhortantem Augustinum: *Per præconem locutus est, quando obdurastis corda vestra; per se nunc loquitur, molescant corda vestra.* *Pfal. 94. v. 8.*

Quid obsecro benignas Regi pacifico aures præbere tardatis, tam plausibiles vobis pacis condiciones offerenti? Nam non offensas solum omnes vobis condonare, sed etiam regnum suum vobis donare paratus est. Exemplum vobis hodie sit latro, cui pacem acceptanti condidit: *Hodie mecum eris in Paradiso.*

A peccatoribus ad Matrem se convertens Dei Filius, tertium ad istam ex cruce protulit verbum: *Ecce mater tua: Mulier ecce filius tuus.* Stabat autem iuxta crucem Mater Iesu, quæ ad primum mallei ictum concidens, non amplius, amaritudine repleta, se erexit, aut suspexit, donec ex toto esset affixus, postea lachrymantibus oculis Filium suum cruenti, & informis frusti carnis speciem referentem aspexit, cui unus obrudebat, filium ejus esse latronem, alius objiciebat, esse illum hominem mendacem, impostorem, & morte omnium dignissimum, quod de novo vulneratum ejus cor affixit, uti ipsa apud S. Birgittam testatur, & addit, tunc Filium ejus dilectum compassivo affectu, ad se suos convertisse oculos, utque se filiali affectu posset respicere, movisse, & subtraxisse superflua

Pausibilis pacem conditionis.

XIX.

Maria iuxta crucem.

fusa sanguine supercilia, ac miserabili aspectu se intuentem dixisse: *Mulier ecce filium tuum*, oculis Ioannem innuendo, Ioanni autem dixisse: *Ecce mater tua*. Ipsa ergo filium, & filio de cruce ipsam respiciente, lachrymas ex utroque oculo suo, haud secus, quam ex duabus aquarum venis, aut fontibus emanasse testatur, nullumque sibi imaginari debere, quod aut capere, aut verbis exprimere valeat dolorem tunc ab illa perpressum, sic bene cum regio Propheta Christus dicere poterat: *Factum est cor meum tanquam cera liquecens in medio ventris mei*. Nam potest hic versus (teste Hugone) exponi de *B. Virgine*: ipsa enim dicitur cor Christi, quia eam summe dilexit, & ipsa intima fuit in corpore Christi mystico: ipsa liquefacta est per dolorem, & amorem ad ignem passionis Christi. Ac juxta revelationem ab Angelo eidem S. Birgittæ factam, nisi peculiari Dei gratia, atque cœlesti virtute fuisset conservata afflicta mater, præ dolore sub cruce animam emisisset, neque cor maternum tantam doloris vim naturali virtute, in se concludere, & sustinere potuisset.

Cordi enim matris cruci affantis, ex amore & compassione quasi liquefacto omnia Christi vulnera fuerunt impressa, atque in anima & corde eius tanquam purissimo & limpidis-

simo speculo representata fuerunt, ita, ut si quis Virgineum cor & animam inspicere potuisset, vivum totius Dominicæ Passionis simulachrum vidisset expressum, & compendiatum.

Et sic pie argumentari licet, quod ex parte cor virginis magis fuerit dolorosum, quam ipsi cor Christi crucifixi, quia virtus unita fortior, & passiones in corde Mariæ unitæ majorem dolorum imprimendorum vim ac virtutem habebant, singula enim vulnera in corpore eius (Christi) dispersa (ait Seraphicus) in tuo corde generaliter sunt unita. Quæro Matrem Dei, & invenio spinas, clavos, sputa, ludibria, flagella & vulnera. Unde dulcissimum cor Mariæ in tantum amaritudinis mare fuit conversum, ut in omnes creaturas abunde de sua amaritudine effundere potuisset, ita quidem, ut mortis periculum participatâ sua amaritudine illa contraxissent, & tamen dolorosæ Matri abundantia amaritudinis superfuisset. Itaque

Ô Mater dolorosa, in Joanne totius generis humani à Christo designata Mater, tu verè illa Rachel, quæ amisso primogenito tuo Joseph, Christo Jesu, nos secundo genitos, tanquam Benoni, id est, doloris filios sub Cruce genuisti, adesto nobis, Ô Mater propitia, ut veri simus Benoni, id est doloris filii, tuos, ac Christi dolores assidue contemplando; *Tui nam vulnerati, tam dignati pro*

Uuu 3

me

XX.

Cor eius compendium dolorum.

S. Bonav. stim amoris. c. 4.

Maria Mater nostra effusa.

H. 21. 15.

Hug Cardin hic. Maria. Cor Christi fuit.

me pati, poenas mecum divide. Fac me vere tecum flere, crucifixo condolere, donec ego vixero. Ut sic ex Benoni, id est, doloris filius, evadere valeamus electi Beniamini, id est, filii dexteræ.

O anima dilecta, quid consolabilius, quam quod Dei Filius propriam matrem suam tibi legaverit: *Ecce Mater tua.* O Amoris excessum! dum Deus Pater Filium, Filius non solum sanguinem, sed & Matrem suam nobis donavit. Te itaque supplico, O JESU crucifixe, ut sicut in cruce discipulum commendasti Matri tuæ: *Ecce Mater tua!* Ita me quoque hodie Matri tuæ ardentem commendes: Et tu, O Mater dolorosa, sicuti Filio tuo in Cruce pendenti usque ad ultimum astitisti halitum, ita mihi in hora mortis meæ assistere non dedigneris. Ecce enim, O Mater, ego filius tuus. O benedicta Mater, quæ Dei Filium nobis fecit fratrem; benedictus frater, qui suam nobis communicavit Matrem.

Plena mysteriis cœlestibus fuerunt etiam reliqua Salvatoris in Cruce prolata verba, quibus exponendis, ac declarandis tempus deficit. Sufficiat dicere, quod etiam ex illis immensus Amoris eniteat Excessus, dum nullam, ut alii SS. Martyres, à Patre confortativam consolationem accepit, mitigandis doloribus, unde exclamavit ad Patrem: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?*

O Maria!
etiam nobis
moribus
entibus as
siste.

Quare
me dereliquisti?

Quamvis alii Contemplativi hæc verba intelligant à Christo dicta, quasi conquereretur, à Patre sibi ultiores ad diutius patiendū vires fuerint denegata, unde etiam clamavit: *Sitio*: nempe, ex S. Bernardi interpretatione; Non sitio humores, sed sitio dolores. Et ex Hugonis Cardinalis expositione: *Sitio, salutem scilicet peccatorum.* Ex accenso intus amoris calore hæc sitis provenit, & ab Excessu Amoris. *Sitit sitiri Deus, sic dilexit mundum.*

Sitienti Domino obtulerunt impii lictores spongiam plenam aceto, quo accepto dixit: *Consummatum est.* O spiritus angelici, annuntiate Patri cœlesti, omnem ejus voluntatem, omnem justitiam, & omnem scripturam à Filio suo esse consummatam & impletam. Annuntiate captivis in limbo patribus, consummatum esse Redemptionis opus, & illorum jam instare liberationem: *Consummatum est.* Quare omnibus consummatis voce magna ad cœlestem se Patrem convertens exclamavit: *Pater in manus tuas commendo Spiritum meum.* Et hæc dicens (& quidem inclinato capite) tradidit spiritum.

Dolorosam Christi mortem in hunc modum apud S. Brigittam describit benedicta Mater. Quod nempe dilatatis manuum sacrarum vulneribus, & ita à corporis pondere tractis, ut mirum non fuisset, si ruptis, nervis & ossibus ipsum

Silio.

Hugo
Cardin.

XXI.

Consum-
matum
est.In manus
tuas, etc.Revel. l.
c. 10.Mors
Christi
do. crassif-
sima.

ipsum corpus decidisset, genua fuerint incurvata, quæ cum corpore propendebant, & sic clavipedum innitebantur; sic, ut demum pedes clavibus duris, & acutis innixi totum corporis pondus sustentarent, propter dolorum igitur acerbiter se libenter Dominus in Cruce sublevasset, erigendo, pedes, & extendendo, vel ad latus se convertendo, sed ulla quantumvis levissima, commotio sine excessivis doloribus fieri nequibat: sed nec sacrum coronatum caput reclinare poterat, nam reclinatum ad duram crucem, spinarum puncturis molestabatur, reclinatum vero ad pectus, aut humeros, spinarum aculeis lacerabat, & exacerbabat vulnerum dolores.

Demum cum sic per tres horas integras, (à sexta scilicet usque ad nonam) in doloribus ineffabilibus pependisset in Cruce, dolore ex vulneratis membris, & nervis ad ipsum Cor penetrante, & incredibili angustia affligente, & subinde à corde iterum ad exteriora vulnera & nervos doloribus repulsis, summaque amaritudine morrem prolongantibus, denique Cor ipsum dolorum vehementia occupatum crepuit, omnibusque membris præ dolore concussis & tremantibus, anima benedicta à corpore fuit separata. O benedictæ JESU, per mortem tuam amarissimam, & extremam derelictionem, ne de-

relinquas me, nunc & in hora mortis meæ.

Ecce consummatum (ô Theodora, ô sponsa Christi) divini Amoris excessum, cum enim dilexisset suos, in finem, id est, in finem vitæ dilexit eos. Et consummati sunt etiam cum vita Excessus doloris. Verum quidem est, quod consummati in morte fuerint dolores Christi, non tamen (si bene perpendo) in Filio Dei consummatus fuit excessus amoris, nec in Matre Excessus doloris.

Nam præterquam, quod ipsa dolorosa Mortis Filii spectatrix Mater dolorem indicibilem conceperit, illoque orbata, quem solum diligebat, dolores identidem fuerint cumulati, novis maxime dolorum angustiis maternum cor vulnerarunt advolantes cum furore satellites, & ossa latronum confringentes, tunc enim tremens, & eandem in filium exercendam crudelitatem verita, pro filio mortuo deprecabatur, quæ tamen precibus suis impedire non potuit, quin saltem unus militum lancea latus ejus aperiret, quæ per latus dextrum ad usque sinistri costas penetravit, scisso per medium corde, ex quo confestim sanguis & aqua ebullire cœpit.

Quo minus autem mortuum cor Filij lanceæ hujus feritatem sensit, eò vivacius lancea cor virginis vulneravit, ita ut

Consummatus doloribus Filii.

Non consummatus in Matre.

XXII. Renovatus per lanceam.

Movere se non potuit.

Revelat. Extra vag. S. Brig. c. 15.

Cor ex dolore crepuit.

ut crudelis lancea maximè in cor virginis directa videretur, & quoniam apud S. Birgittam testabatur olim benedicta Virgo, quòd Filiù pariendo dimidium cordis cum eo se emisisse sibi videretur, adeoque Matris & Filij conglutinatum cor unum erat, ideò hoc lanceæ vulnus cordi Christi infixum, cor etiam ipsius virginis tangebatur: uti ipsamet apud eandem testatur:

Revel. l. i. Tunc mihi videbatur, quod cor meum, 6. 27, quasi perforaretur, cum vidissem cor filij mei perforatum.

Sed sicut cor lancea vulneratum Matri impressit excessum doloris, sic nobis expressit excessum amoris. Mortuis personis insignibus pectus quandoque scindunt anatomici, ut scrutando viscera, causam morbi, ac mortis agnoscant. Anatomicum egit lancea sua Longinus, & latus & cor Christi aperiens, ut causam morbi, & mortis inspiceremus. Quam ergo in eo mortis causam deprehendimus? Verè piè & patheticè S. Franciscus Salesianus Geneuensium olim Antistes sic concludit, inspectis Christi visceribus.

Anatomici
ei corpora
aperiunt,

aperitur
Corpus
Christi,

Apud Cor
nelium in
cap. 27.
Matth.

Et depra-
henditur
causa mor-
tis, exces-

Aut amor, aut furor est, qui te,
bone Christe, peremit;
Est amor, & furor est: hic meus,
ille tuus.

Furor ergo sive iniquitas mea,
& amor tuus, ô Iesu, te occide-
runt: tota infirmitas, tota mors
tua, Amor fuit, & Excessus

Amoris: Amor immortalem fecit ^{sus amo-}
mortalem, testatur Innocentius ^{ris.}
Papa Tertius.

Aperto latere, ac corde, san- ^{Aqua tu-}
guini mixta exivit aqua, ut nihil ^{statur,}
rancoris aut iræ erga hominem ^{eum alio-}
peccatorem, in corde amoroso ^{num fuis-}
Christi latuisse sciamus. Ira enim ^{se ab ira.}
est inflammatio sanguinis circa
cor, ut ergo cor Christi ab omni
Colerica passione liberum, man-
suetum ac placidum, & mansue-
tū nutritivè phlegma noscere-
mus, cor suum Christus anatomi-
cè aperit post mortem voluit,
ut emanans aqua, mansuetudinis,
& amoris affectum, & excessum
testaretur.

Insuper cor suum scindi ^{Cor cum}
Christus voluit, illud cum spon- ^{Sponsa}
sa sua dimidiaturus, ut anima ^{dividit}
Deo dilecta se dimidium cordis
sponsi sui esse non dubitaret.
En inauditum (ô Theodora, ô
anima & sponsa Christi) amoris
excessum! Et tamen cum ille
tam amorosè cor suum tecum
dividat, tu illi tuum præbere
tam obstinatè retardas? O ani-
ma præbe illi cor tuum, & frigi-
dum illud & obduratum, in
apertum, & ardens Christi cor
immitte.

Adeste corda frigida, corda ^{XXIII.}
dura, corda inimicitijs, & odijs
indurata, adeste amici, cives &
conjuges discordes, in istam
amoris flamma ardentem fornacem,
corda vestra odijs scissa
inijcite: nam teste S. Bonaven-
tura:

tionav. cura: Quid mirabilius, quam quod *na maceria; pervola manus, pervola*
 B.m.p.i. *apertio lateris cor cordi conjungat?* *pedes, involat lateri, ibi tua requies,*
 fili *Currite, currite gentes undique ibi secunda quies.*
 & miramini erga vos charitatem Dei. Averte te igitur ab omni in-

ordinato creaturarum amore, & convertere ad Dominum Deum tuum, o anima peccatrix, per ardentem charitatis & contritionis actum: Hodie, hodie nolite obdurare corda vestra, dum per semetipsum e cruce ad poenitentiam nos invitat Christus, mollescant corda vestra. Non credo Domine, in tanto populi confluxu vel unum fore, qui non ex corde ad te conversus, amaris lachrymis, & tunctione pectoris, de peccatis suis conteratur. Effunde igitur super nos, & universam patriam sanguinem ac benedictionem tuam, sanguis tuus super nos, & super animas nostras. Contritos itaque, & veram vitae emendationem promittentes

Quid tardas, o anima, unire te dilecto tuo? Audi Doctorem mellifluum: O quanto tempore tuum adventum expectavit! Heu quanto tempore te in peccatis tuis toleravit! O quot & quantos ante tuam conversionem in peccatis damnavit! Et te semper, peccantem, misericorditer expectavit? Revertere adhuc (non te deterreant peccata tua, quantumvis multa, & enormia) Revertere o anima, Christus in cruce te expectans, habet caput inclinatum ad te peccatricem, & immundam deosculandum, brachia extensa, ad amplexandum, manus apertas ad remittendum, latus apertum ad te in illud intronittendum. Esto ergo o anima, iam columba, nidis sans in foraminibus Petre, in caver-

Benedicat nos Dominus noster IESUS Christus,
 Qui pro nobis fuit flagellatus & crucifixus, Amen.

Submitto & remitto me in omnibus iudiciis
 S. Romanae Ecclesiae.

F I N I S.

